



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Nominis Iesv Cvltvs Et Miracvla


Stengel, Carl


Augustae Vindelicorum, 1613

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49813](#)

Th. 2886.

J. V
A 4





MAIESTATI
HONORI ET AMORI
NOMINIS.

QVOD

EST SUPER OMNE NOMEN
MAGNUM. NOVUM. AETERNUM
LAUDABILE. GLORIOSUM. TERRIBILE
DOM. DEIQUE NOSTRI SABAOTH ALTISSIMI

IESVS

QVOD ADORANT SIDERA

QVOD TREMISCUNT INFERI

QVOD VENERANTVR STUPENTQ. MUNDI INCOLAE.

IN QVO ET
SPES. SALVS. VITA
NOSTRI GENERIS
VNICÈ SITA
HOC

QVALECVM QVE LABORIS ET INDVSTRIÆ
SVÆ MONUMENTVM
HVMILLIMA ANIMI DEMISSIONE
DEVOTIONE ET PIETATE DEBITA
Consecrat. offert. redditque ---

VOL. LVB. MER. OPT. MAX.

QVO IPSE ET OMNES

PER HOC SANCTVM NOMEN

EMPTVS. VINDICATVS. SERVATVS.

F. Carolus Stengelius Benedictinus ad DD.

Vdalrici & Afræ.

ANNO AB EO

Quo primum salutiferum Nomen

Orbi insonuit,

clo. 1o. CXIII.

LAURENTIA

ЛЮДИ СЪЕЗДОВЫ

23 NOV 1964

6070

и моя альбома языка та
многие из которых я могу именовать
я также могу оговорить, что вина она
известна и то, что я это

272H

АЯКСИ ТИЛОДА ОГУ

THE ECONOMIC LIFE OF THE CHINESE PEOPLE

ГАИСОМІ ІСКУСІЯ · ОТВІРТЕ СІЛЯНСТВО · АДАМ

ТВОРИ

ATIV 27.02.2022

21 ЯНВАРЯ 1950 ГОДА

VOLUME V

卷之三

Литературный музей в Баку

NOV 14 1982 BY M. O. M. 90-72

HISTORICAL AND CRITICAL EDITIONS

DEPARTMENT OF STATE DEPARTMENT OF STATE

Country office listing

，这又是一个新发现。

•Glossary of terms used in this paper

OBAMA BIDEN
2020 PRESIDENTIAL ELECTION

THE JEWISH CHURCH IN THE BIBLE

—
—
—



PARÆESIS

Syntagmati nostro prævia, animam fidelem ad amorem & contemplationem dulcissimi IESV excitans.

ESVS CHRISTVS summi Patris filius, verus & omnipotens Deus suâ æternâ maiestate, potestate, opulentia nobilitate, gloriâ, pulchritudine, clementia, charitate, fidelitate, benignitate, bonitate, dulcedine, ceterisq; amabilibus perfectiōnibus suis, adeò vniuersum creatum exedit intellectum, ut si cælum terraq; libris implerentur, vastissimūq; pelagus totum esset atramentū, & omnes spiritus angelici, cunctæq; animæ essent scriptores: citius ipsum mare scriptores exhaurirent, quam minimā cuiuslibet perfectionis diuinæ partē absoluerent. Sed et si cunctorū corda mortaliū simul vñita, hanc ipsam minimā bonitatis, seu alterius perfectionis Dei partem (quantū quidē in hac vita licet) feliciter perciperent, atq; degustarent: mox omnia præ amore & gaudio scinderentur, & viribus deficerent, nisi sancti Spiritus temperante gra-

tiâ desuper corroborarentur. Nonne quoties
tu rerû pulchrarû species conspicis, & cælum,
terram, sylas, campos, vniuersum mundum ani-
mo perlustras, cuncta cor tuum huiusmodi vo-
cibus compellare videntur. Pensata quantu il-
le amabilis & formosus sit, qui condidit nos, &
est fons totius pulchritudinis? Huius sublimis
& gloriosi Domini Dei tui cor dulcissimum in-
comprehensibili, imensoq; & gratuito amoris
ardore semper erga te flagravit & adhuc fla-
grat, vehementissimeq; desiderat, vt ad æter-
nam beatitudinem peruenias. Ipse idem pater
tuus cælestis ex indicibili charitate suâ nocte
dieq; perpetuò tibi intendit, & ita pro te soli-
citus est, adeoque tui curam getit, ac si nulla
alia vel in cælis, vel in terris creatura superesset.
Ipse tot tantisq; beneficiis omni temporis mo-
mento te præuenit ac prosequitur, vt vel exi-
guam eorum partem satis agnoscere nequeas,
Ipse liberrimâ ad se accedendi copiam tibi præ-
bet: ita vt quoties libet, eum alloquaris, cuncta
que cordis tui secreta, & omnes miseras tuas
illi securissimè pandas, atque in ipso pace frua-
ris & gaudio. Qui licet præstantissimum sit bo-
num, multò tamen citius faciliusq; vel solo pio
desiderio à te obtineri potest, quam quilibet
alia res, etiam vilissima. Iam cum ubiq; locoru
sit, & te incessanter intueatur, atque in intimo
nudoq; animæ tuae fundo præsenté se exhibeat:
æquissimū sanè est, vt casto cum timore & re-

uerentia

uerentia coram ipso ingrediari, & eum toto
corde amare, eiique omni studio placere desi-
deres & contendas, vitans diligenter omnia,
quæ diuinos illius oculos offendere possunt.
Age igitur excusso terrenæ cupiditatis puluere,
apertisq; mentis oculis, disce pro modulo tuo
amanter contemplari & attendere radiantissi-
mum veritatis lumen, ac deuotè recogitare iu-
cundissimum illud bonum, videlicet Dominū
Deum tuum, quem omni in loco, & maximè in
animâ tuâ inuenire, ac de eius gratissimâ præ-
sentiâ puram lætitiam haurire potes, dico illi:
*O amabilissime Deus, Iesu floride, tu mihi sem-
per præsens es. Redde me, quæso, tibi placentem.
Illumina animam meam splendore gratia tua, &
accende eam igne amoris.*

Nam excelsus ille Dominus, verbū æternum,
verusq; Deus, ex solâ inenarrabili, stupendâ gra-
tuitaq; charitate suâ, pro te immundo pecca-
tore, abiectoq; vermiculo, dignatus est fieri
homo & frater tuus. Nam relictâ præstantissi-
mâ naturâ angelicâ, excellentissimâ diuinita-
tem suam naturæ coniunxit humanæ: ita ut eū
fratrem, os carnemq; tuam vocare possis, quod
quidem totū angelicæ non est concessum sub-
limitati. Certè ad plenū scire non potes, quan-
ta hinc tibi gratia, salus & gloria impensa sit, &
olim impendetur, quantaq; pariat bona huius
venerandi mysterij altitudo & diuinæ dignita-
tis dilectionisq; pia meditatio, clara cognitio,

ac sedula imitatio. Ipse triginta tribus annis laborauit, & summa ignominiam grauissimamque tormenta perpessus est, atque ad extremum mortem turpissimam sustinuit, ut aboleret dilueretq; peccata tua, & pro eis satisfaceret, tibiq; regnum cælestē aperiret. Propter te floridū corpus suū verberibus patiēter submisit, caput spinearē coronāe supposuit, manus ac pedes clavis obiecit, & preciosum sanguinem suum effudit. Eu ipse pendet in cruce vulneribus hiantibus, ac latere aperto: ut in gratissimum cordis sui cubiculum te introducat, ibiq; æterno complectatur amore. Instituit venerabile Sacramentum Eucharistiæ, in quo se totum tibi tradit: videlicet suam sublimem diuinitatem, præclaram animā suam, & corpus suum gloriosum. Vnde & minimū donum ab ipso profectum, quod in hoc Sacramento accipis, sempiterno quodam decore ac pulchritudine longè excellentius te exornat, quam vlla vniquā æstas quamlibet amæna terram ornauerit. Quomodo maiorem dilectionē, fidem, benevolentiam & benignitatem tibi exhibere potuisset? Semper immenso tui tenetur desiderio, & ardentesima erga te flagrat charitate. Profectò dum tu ista æquo expendis libramento, mirum est te intus præ amore non colliquescere & præ gaudio atque exultatione non extra te abripi.

Hunc verò amorem nequaquam melius complecti cogitatione simul possumus, quam cum

debito

debito venerationis affectu, erga suauissimum
omniq; dulcore dulcior I e s v nomē ferimur,
quem vt in cordibus tepidorum quorundā ex-
citaremus, hoc syntagma conscribere ex varijs
Auctōribus decreuimus. Quia verò nemo po-
test dicere Dominus I e s v s, nisi in Spīritu san-
cto, neque recte illud, atque pro dignitate au-
dire, nisi in eodem Spīritu sancto, proinde ini-
tio huius tractatus inuocandus est nobis I e s v s,
atque illi cum Propheta supplicandum: *Deus*
in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua
iudica me: vt zelatores facti gloriæ sacrosancti
Nominis tui, inclusos mysteriorum thesauros
in hoc Nominē, ad fidelium lectorum vtilita-
tem, & consolationem, vti decet, resestare
possimus.

Aptissimum est enim hoc nomen ad expi-
scanda corda nostra, à carnaliūm q; cupiditatū
aquis extrahenda, amore q; suo saucianda atq;
suspendenda, quoniam in hoc sacrosancto ac
mellifluo Nominē lectitare poteris illum pro
te incarnatum, pro te circumcisum, pro te sic
appellatum, pro te prædicasse, orâsse, vigilâsse,
suscepisse nudis pedibus peregrinationes, fu-
disse lachrymas, atque ieiunâsse, pro te cruci-
suffixum, mortuum, suscitatum, cælosq; con-
scendisse, atque inde largiter pro te Spiritum
sanctum in consolatorem, & præceptorem, in-
pignus & arrham æternæ hæreditatis emisisse.
Qui ergo propter nos seruandos ex charitate

1. Cor. 12.

Nominis
I e s v lau-
datores
quid face
re in pri-
mis debe
ant.

Psal. 53.

omnia agere voluit , dignus est, propter quem,
& in cuius gloriam omnia opera nostra efficiam
us. Quare S. Paulus dixit : *Sine ergo mandu
catis, sine bibitis, sine aliud quid facitis : omnia
in gloriam Dei facite.* Nam & Pater hoc nomen
gloriosum efficit : *Pater clarifica nomen tuum :*
Venit vox de celo , dicens : Et clarificavi ,
& iterum clarificabo. Et ipse Iesvs ait per Pro
phetam : *Sanctificabo nomen meum magnum ,*
quod polluistis in gentibus : & de Spiritu sancto
*idem dixit : Ille me clarificabit, quia de meo ac
cipiet.* Angeli quoq; hoc nomen prædicant,
quorum vnuus dixit : *Evangeli^zo vobis gaudium*
magnum, quod erit omni populo : quia natus est
*vobis hodie SALVATOR, qui est Christus Do
minus.* Homines, præsertim iusti, in hoc nomi
ne illustrando vitam consumere debent. Dæ
mones ipsi etiam istud nomen, vel coacti clari
ficant, dum vel recedunt de corporibus ad hui
usce nominis inuocatione, vel flectunt genua:
mali etiam & infideles, vt exorcistæ illi Sceuæ,
Actor. 19. in quos inuolauit dæmon : I E S V M,
inquit, noui; & Paulum scio : vos autem qui estis?
Quamobrem recte Christus dixit : *In nomine*
*meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, ser
pentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non*
eis nocebit, super agros manus imponent, & bene
habebunt. Inest igitur in nomine hoc virtus
implendi omnia desideria : nam quicquid pe
tierimus Patrem in hoc nomine, liberaliter no

b is

bis dat. Si enim tristis es, consolatur: si peccator, iustificat: si ea, quæ tuæ salutis sunt, ignoras, docet: si pauperes, ditat: si ignobilis, nobilitat: si iustus, conseruat & perficit: si periculum instat, præseruat: si cecidisti, subleuat: si æger es, sanat. Ut enim Principes insignem penes se habere solent medicum, cuius ope atq; operâ morbis vel occurrant presentibus, vel resistant futuris: ita nobis nomen suum saluare potens medici instar reliquit, ne ipsis magnis huius mundi Principibus inferiores simus. Quippe apud Christū omnes sunt magni Principes, qui eum diligunt, colunt, atq; venerantur. Est igitur hoc sacrosanctum nomen oleum siue vnguentum effusum, benè olens naribus fidelium; cibus ac panis vitæ esurientibus, habendumq; ut mel linguæ, melos auribus, lux oculis, cordi iubilus, medicina morbis, portus nauigantibus, turris fortissima iustis, ad quam configiet iustus, & saluabitur. Estq; huiusmodi nomen dignum omni cultu, genuflexione atque latriâ: in quo vult Paulus flecti omne genu, cælestium, terrestrium, atque inferorum. Tale enim nomen I e s v, siue vbiunque scriptum, aut pictum, sculptumq;, dignum est latria, non ob ipsam vocem nudam, scripturam, vel picturam, verùm propter eius significatum: sicuti crux, atq; imago Christi propter typum, mysteriumq; in ea repræsentatum, latriâ meritò adorantur. Ioannes verò vigesimus secundus

Cant. 1.

Ioan. 6.

Prou. 18.

Philip. 2.

dus ducentos dies veræ indulgentiæ omnibus,
qui ad nomen I E S V genua fletterent, vel ca-
put inclinarent, vel tunderent pectus, largitus
est. Ergò adora reuerenter hoc sacrosanctum
Nomen, inuoca ex corde: quia *omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Confitere
lingua coram hominibus, vt dignus habearis,
quem I E S V s confiteatur coram patre suo.
Gloriare in hoc nomine, & exulta in eo, vti B.
Virgo: *Exultauit, inquit, spiritus meus in Deo*
salutari meo. Nos enim gloriamur in appella-
tiuis, quod videlicet de tali familia, vel proge-
nie illustri, quia vani sumus. Patere pro hoc no-
mine, vt Apostoli, qui ibant gaudentes à conspe-
ctu concilii: *quoniam digni habitis sunt pro nomi-*
ne IESV contumeliam pati. Benedic frequenter
& dic cum patientissimo Iob, & piissimo Rege:
Sit nomen Domini benedictum. Nam lingua plus
ad I E S V M laudibus celebrandum, quam ad
gustandum, vel ad animi sensa explicanda con-
dita est. Hinc Propheta ait: *Laudabo nomen*
Dei cum cantico; & magnificabo eum in laude.
Expende nomen tuum in hoc nomine clarifi-
cando, atque cohonestando: *Beati enim estis,*
(ait Christus) *cum maledixerint vobis homines*
& persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum
aduersum vos, mentientes propter me. Ut enim
I E S V s finis est omnium rerum; ita omnium
nominum finis est I E S V nomen. Et scribe
hoc sanctum nomen in tabulis cordis tui; nam

Deus

Ioel. 2. Eg

Aet. 2. Eg

Rom. 10.

Luc. 1.

Actor. 5.

Iob. 1.

psal. 112.

psal. 68.

Matth. 5.

Deus in capite libri vitæ , in quo sunt omnes
prædestinati , principem locum tener . Fuit
etiam in ligno crucis id scriptum literis Latinis ,
Græcis , & Hebræis , ad pugnandum pro nobis .
Est item scriptum in portis cœlestis Hierusalem ,
vt narratur Apocal . 22 . quod nulli pateat ingressus , nisi in virtute huius nominis . Nemoque
benè pati potest pro Christo , nisi cor eius no-
minis huius virtute atque dulcedine sit delibutum . Quemadmodum autem in prælio , qui
excubias agunt nocturno tempore , vt se inui-
cem agnoscant , salutis causa nomen dant , qua-
si tesseram : sic nos cum in continuo conflictu ,
tenebrisque versemur , Iesu nomen demus ,
vt ab imminenti periculo liberemur , & salute
æternâ perfruamur , præstante eodem Domi-
no nostro Iesu Christo , cui cum Patre , &
Spiritu sancto deferatur omnis honos , gloria ,
laus , maiestas , & imperium in secula seculo-
rum . Amen .

Psal . 39 .
Hebr . 10 .
Exodi 32 .
Dan . 12 .
&
Luc . 10 .
Iohann . 9 .

PIO



PIO LECTORI S.

Operæ pretium mihi vi sum est, amice Lector, præcipuos Auctores h̄ic subiungere, quibus in conscribendo hoc opusculo potissimum v̄si sumus: nam ceteros, quorum testimonia afferimus, suo quemque loco ad marginem fideliter annotatum inuenies. Viue, vale, & si I E S V M amas, labore hoc nostro fruere, nobisque loco pretij preces refunde.

AUCTORES.

<i>Alphonsus Giron Ord. Præd.</i>	<i>Laurentius Surius Carthus.</i>
<i>Alphonsus Salmeron S. I.</i>	<i>Litteræ Indica.</i>
<i>S. Bernardus Ord. Cist.</i>	<i>Ludouicus Blosius ord. S. Ben.</i>
<i>S. Bernardinus Ord. Min.</i>	<i>Ludouicus Granatensis ord.</i>
<i>Casar Baronius Card.</i>	<i>Præd.</i>
<i>Didacus de la Vega Ord.</i>	<i>Martinus Delrio S. I.</i>
<i>Min.</i>	<i>Nicolaus de Blony.</i>
<i>Didacus Ianguas Ord. Præd.</i>	<i>Nicolaus Serarius S. I.</i>
<i>Franciscus Toletus S. I. Card.</i>	<i>Petrus de Natalibus Episcop⁹.</i>
<i>Henricus Harphius Ord. Min.</i>	<i>Petrus Ribadeneira S. I.</i>
<i>Henricus Suso Ord. Præd.</i>	<i>Sebastianus Barzadius S.I.</i>
<i>Hieronymus Platus S. I.</i>	<i>Thomas Bozzius Orat. presb.</i>
<i>Iacobus Gretserus S. I.</i>	<i>Thomas de Kempis Can. Reg.</i>
<i>Ioan. Petrus Maffeius S. I.</i>	<i>Thomas Stapletonus.</i>
<i>Ioannes Osorius S. I.</i>	<i>Vbertinus de Casali ord. Min.</i>
<i>Ioannes Lorsnus S. I.</i>	<i>S. Vincentius Ord. Præd.</i>

PETRVS

PETRVS STEVARTIVS LEO-
DIVS; S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ET
Academiae Ingolstadiensis Professor ac Procancellarius,
R. P. CAROLO STENGELIO, Ordinis
S. BENEDICTI Augustæ Vindeli-
corum ad SS. VDALRICVM
& AFRAM S. D.

Vcubratio tua de amabili nomine IESV perquam
digna est, quæ in lucem quamprimum exeat, & in
plurimorum manus perueniat; magno cum fructu, qui
non immerito inde speratur.

Nam quis tam gelidis rigeat sub pectore fibris,
qui aliquid caloris non concipiat, cum dulce hoc no-
men, eiusq; virtute patrata tot miracula animo versat,
& repetita lectione reuersat. Quod nunc cuius tuum
commentarium legenti promptum erit; vt & illud; in-
flammatori cum affectu canere Odarium S. BER-
NARDI,

IESV dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel, & omnia
Eius dulcis praesentia.

Vale, & Deum pro me precari memento. Ingolsta-
dij VII. Idus Octobris, M DC XII.



ROSARIVM NOMINIS IESV



I E S V S Q V I D S I T ,
Q V I B V S V E S A P I A T , I E S V
N O M E N Q V O M O D O L V C E A T , P A -
scat, leniat, vngat: filium Dei
effici quid?

C A P V T I.

O C A B I S nomen eius I E S V M. Ipse Matth. i.
enim saluum faciet populum suū à pec-
catis eorum. Quid consolabilius pec-
catori? quid utilius pænitenti? quid
dulcius multū diligenti? quam quod
I E S V S Christus factus est pro nobis obediens & s q , ad mor-
tem, mortem autem crucis? Hinc meritò nomen tuum, & Phil. 3.
memoriale tuum in desiderio anima, quia secundum no- Esa. 26.
men tuum, sic & laus tua. Sicut enim salvator diceris,
sic & facto ostendis. Omnes enim prophetæ perhibent testi- Psal. 47.
monium, remissionem peccatorum accipere per nomen eius.
Dicat tamen humilis, non superbus: Oleum effusum no- Act. 4.
men tuum. Non quod ille superbus non habet oleum,
sed quod non habet effusum, nec experitur eius fragran-
tiam. Habet quidem oleum, sed reconditum: habet in
codicibus, non in cordibus, foris habet in litera: conre-
ctat manibus vas plenum & clausum, nec aperit ut vng-
atur. Intus est vncio spiritus. Aperi & vngere. Quid
facit

Bero. ser.

14. In

Cant.

Ioan. 9.

Matt. 11.

Nomen
I E S V.

Pbphilip. 3.

Col. 2.

Ioan. 3.

Cant. 1.

Philip. 3.

Filius

Dei Chri-
stus I E S V

facit oleum in vasis, si non sentis & in membris? Quid tibi prodest pium lectitare saluatoris nomen in libris, nec habere pietatem in moribus? Sed in hoc iudicium venit I E S V s, ut non videntes videant, & videntes cæci fiant. Confiteor tibi, inquit, pater domine cali & terra, quia abscondisti hac, vnguenta, hoc oleum, a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Ita pater, quia sic placitum est ante te. Veruntamen ecce Christus, ecce I E S V, vinumq; infusum angelis, effusum in homines, ut ab uno nomine, quod est Christus, millia millium credentium Christiani dicantur, & in nomine I E S V per humilem sequelam salutem consequantur. O quam clarum nomen, & quam vile. Vile quidem, sed salubre. Nam si vile non esset, mihi non effunderetur: & si salubre non esset, non me lucratetur. Particeps sum nominis, particeps sum & hereditatis. Christianus sum, frater Christi sum. Si sum, quod dico, heres sum Dei, coheres autem Christi. Sed quid mirum si sponsi nomen sit effusum, cum & ipse sit effusus & exinanitus, formam scribi accipiens? Effusa est in sponso plenitudo diuinitatis habitans super terram corporaliter, ut de illa plenitidine omnes acciperemus, ac odore vitali repleti, diceremus: Oleum effusum nomen tuum. O nomen superbenedictum. O oleum usquequaque diffusum, non solum cælos, sed & terras, & inferos copiosè respergens, adeò quod in nomine I E S V omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & inferorum. Et quamvis Deus & homo, secundum Bernardum tria habet nomina, scilicet I E S V, Christus, & filius Dei: Et, ut dicit Bonaventura super lib. 3. Sententiarum in expositione literæ, quodlibet huius nomen est super omne nomen, tamen in nomine I E S V duntaxat flectitur omne genu: cuius causam assignat ibidem Bonaventura dicens, quod filius Dei nominat personam in diuina natura tantum. Christus autem & I E S V nominat personam in duabus naturis, sed diversimodè. Christus enim nominat personam in humana natura, relata ad unum anima dicitur

O. 2. 150.

vinctus. sed I E S V S nominat personam diuinam relatam ad humanam, quia I E S V S interpretatur Saluator. Et idē in nomine I E S V debet omne genu curuari, in signum gratitudinis, quod nostram naturam assumpsit, & in ea nos redemit. Hoc igitur nomen erit ineritō *in desiderio animæ*, quia per illud propriè constituitur sponsus animæ, qui maximè regratiandus & diligendus est.

Philip. 3.

Iam effundamus oleum, ut sentiamus eius virtutem, Virtus & videamus cur oleo comparetur sponsi nomen. Nam nominis oleum est lux, cibus & medicina. Lucet enim fouens I E S V ignem, pascit vel cibat nutriend carnem, & vngit leniens quanta dolorem. Sic nomen IESVS lucet prædicatum secundum Oleum. illud. *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem continentem in hunc mundum.* Nihil enim sic iræ comprimit impetum, superbia ledat tumorem, vulnus liuoris sanat, restringit luxuriæ fluxum, auaritiæ sitim temperat, & totius dedecoris pruriginem fugat, sicut nomen IESV prædicatum. Dicit enim Bernardus: *Cum nomino IESVM, hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignum, sobrium, castum, miseri ordem, & omni denique honestate & sanctitate perspicuum: eundemq; ipsum Deum omnipotentem, qui suo exemplo prouocet & adiutorio roboret.* Nam in luce nominis huius D E V S nos vocare desiderat in admirabile lumen suum, scilicet fidei, gratiæ & virtutum, ut in lumine suo videamus lumen. Fuitis, inquit Apostolus, aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino, Secundò, nomen I E S V pascit recogitatum. Nihil enim sic mentem cogitantis confortat & impinguat, nihil sic exercitatō sensus reparat, virtutes roborat, bonos ihores & honestos vegetat, castas affectiones incorporat, sicut IESVS in vita & morte recogitatus. Aridus est omnis animæ cibus, si non hoc oleo vngatur: & insipidus, si non hoc sale conditatur. I E S V S mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Hinc dicit Bernardus. *O anima mea, reconditum habes electuarium in vasculo vocabuli huius, quod est I E S V S. Hoc autem electuarium confe-*

Ezai. 26.

Ioan. I.

I E S V no-men lu-cet.

Ber. ser.

15. in

Cant.

Matt. II.

1. Petr. 2.

Psal. 35.

Ephes. 5.

Nomen

I E S V pa-scit.

Bern. ser.

15. in Cat.

Nomen
I E S V le-
nit.

Cant. 8.

Ioan. I.
Quinam
possint
filij Dei
fieri?

Cant. 8.

I. Ioan. 3.

2. Ioan. 2.

Etum est ex omnibus virtutibus eius in exemplum sequela, prasertim ex illa ineffabili charitate nobis ostensa in mansuetissima tam horribilis passionis Et mortis perpeſſione, quibus o anima reficiariſ delectabiliter, quiescas dulciter, proficias utiliter, Et consummes feliciter. Tertiò, nomen I E S V lenit inuocatum & vngit. Hoc enim & ipſe desiderat in Canticis, dicens: Pone me vt signaculum ſuper cor tuum, vt signaculum ſuper brachium tuum. Habet igitur ſponsa vbi medeatur & cordi ſuo & brachio, ſcilicet in nomine I E S V: habet, inquam, vnde ſenſus ſuos & affectiones ſeruet, ne corrumpantur, vel ſanet ſi corrumpantur. Habet etiam vnde ſuos actus vel prauos corrigit, vel minus perfectos adimpleat. Inde eſt quod in Euangeliō dicit Ioannes, quod dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quibus? His vtiq[ue], qui credunt in nomine eius. Igitur infideles non habent hanc potestatem, niſi fidem huius nominis recipiant: nec fideles propterea ſunt filij Dei, ſed dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hoc enim dicit secundum Chrysostomum. Primò ad ostendendum, quod multo studio opus fit, ut imaginem filiationis Dei in baptismo formatam, incontaminatam ſemper custodiamus: vt ſic dilectus ponatur ſuper brachium ſicut signaculum. Secundò, ad designandum, quod hanc potestatem nullus potest nobis auferre, niſi nosipſi eam auferamus, ne quandoque velamen excuſationis praetendamus. Tertiò, ad ostendendum, quod haec gratia non datur, niſi volentibus, & ſe ad hoc aptantibus, ut Christum vt signaculum ſuper cor ſuum ponant. Hi enim ſoli adoptantur in filios per gratiam, ſicut Christus eſt per naturam, de quo miratur in Canonica ſua Ioannes, dicens: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filii Dei nominemur Et ſimus. Quibus dicit idem Ioannes: Scribo vobis filij, quia remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Nunc ergo perſcrutemur, quibus medijs ad hanc adoptionem peruenire mereamur. Et hoc prosequitur Euangelista, dicens: Qui ſunt, ſcilicet nati,

nati, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, scilicet per quandam affectionem diuinam, vel deiformem. Et propter hoc Verbum caro factum est, ut hanc adoptionem consequamur; & habitauit in nobis, ut ab eo modum huius filiationis consequendæ disceremus. Oportet enim hāc adoptionis gratiam consequi per voluntatis & amoris in Deum debitam transformationem. Oportet enim Adoptionis gratia nasci denuò, non iam ex aquâ, sed ex spiritu sancto: quia qui spiritu Dei aguntur, iij filii Dei sunt. Veruntamen Ioan. 3. hu-
iusmodi oportet suppeditare triplicem affectum inor-Rom. 8.dinatum. Primò, inordinatum affectum naturalem Affectus amoris, vel timoris per sanguinem significatum, propter inordi-
quem multa facienda omittuntur, vel omittenda fiunt, natus.
& sic Deus deseritur, & adoptio contemnitur. Non sic Rom. 8.
Apostolus, qui dicebat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Tribulatio, an angustia, an famæ, an nuditas, an gladius? Ecce. Nimis in corde gerebat nomen I E S V, quod amoroſo corde gestum dulcoratium est, etiam omnium tribulationum. Hinc ibant apostoli gaudentes Actor. 8. à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt, pro nomi-
ne IESV contumeliam pati. Secundò, affectum sensibili-
lem inordinatum, quo quis abstractus & illectus vincitur, & ad peccandum ratione deuicta miserabiliter inclinatur: *quia caro concupiscit aduersus spiritum*, & vinci-
tur, nisi spiritus amore diuino succensus, efficaciter re-
fistat: sciens, *quia caro & sanguis regnum Dei non possi-
debunt*. Tertiò, affectum naturalem ipsius rationis, qui secundum Augustinum dicitur esse vir in anima. Huic enim plurimi sapientes in oculis suis pernicioſe satis iniuriantur, & decipiuntur, cum ex quadam verecundiâ, vel inflatâ superbiâ consilijs aliorum acquiescere no-
lunt. Contra quos dicit Dominus: *Va qui sapiente-
estis in oculis vestris, & apud vosmetipſos prudentes. Sa-
pientes sunt, ut faciant mala: benè autem facere nesci-
erunt, nec informabiles, nec ducibiles, sed lepra pro-*

2. Cor. 12.
Actor. 9.

priæ voluntatis, & proprijs sensus lethaliter infecti. Illi autem qui natus fuerat ex Deo, in tertium cœlum elevan-tus, concito dicebatur: *Vade ad Ananiam, & ibi dice-tur tibi, quid te oporteat facere.* Henr. Harph. Theol. Myst. lib. 5. p. 1. c. 11. & 12.



QVA REVERENTIA, AMORE
ET AFFECTV PROSEQUVTI FVERINT
antiqui Patres diuinum nomen, qui-
busue figuris sacrosanctum no-
men I E S V significatum
fuerit.

C A P V T I I.

Esal. 26.

Philip. 2.
Psal. 47.



I C I T Esaias: *Nomen tuum Domine & me-moriale tuum in desiderio animæ.* Quod ve-
rum est in vtraque lege, quantum ad illud
nomen, quod est super omne nomen, quia
secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua. Nam in le-
ge veteri nomen, quod erat super omne nomen, diceba-
tur nomen domini τετραγενερατον, id est, nomen
quatuor litterarum. Scribitur enim apud Hebræos
quatuor literis, quæ ineffabile pronunciant: & idēo di-
cebatur nomen domini ineffabile, cō quod non licuit
alicui hoc nomen proferre, nisi tantum summo sacer-
doti: & hoc tantum in sanctuario in tempore ieiunij, &
in benedictione sacerdotali. In cuius prolatione fuit

cura

cura magna, & timida reuerentia. Significat enim nomen Dei, quod dicitur ineffabile, non quia dici non potest, sed quia eius significatio ab humano corde comprehendendi non potest. Vnde secundum sapientes Iudeorum significat incomunicabilem & nudam Dei substantiam. Quod nomen Deus primò indicauit Moysè tam quantum ad vocem, quam etiam quantum ad significationem, dicens : *Et nomen meum magnum ADO-* Exod. 6.
NAM non indicavi eis, scilicet patribus. Quod scilicet Adonai. nomen Adonai ponitur in Biblijs, & pronunciatur loco nominis tetragrammati Iehova : quod propter suam reuerentiam omnino subtiletur. Nam hoc nomen in aurea lamina scribebatur, & super mitram vitta hyacinthina ligabatur, ut imminaret fronti summi Pontificis. Et hoc solum in toto pontificis habitu fuit de solo auro, ad ostendendum, quantam charitatis eminentiam ei debeamus. Et (ut dicit Rabbi Salomon) ponebat etiam nomen istud in Rationali iudicij, sub lapidibus Rationalis absconditum. Nam Rationale fuit de panno duplicato, & inter duos pannos ponebatur, & portabatur ad pectus pontificis : cuius virtute ei manifestabatur de interrogatis, quando dominum consulens, ut etiam sic impleretur illud Cantic. *Pone me ut signaculum super cor tuum.* Vnde nomen hoc figura fuit dulcissimi nominis IESV, ut tangitur in Glossa super Exod. 28. Exodum. Ecce habes nomen patribus quidem manifestatum, sed nondum effusum, nondum dulcescit charitate, quia pauescit potestate. Hoc enim referuatum erat nouæ legi. Cuius tamen effusionem & fragrantiam præfensit Abacuc Propheta cum dixit : *Ego autem in domino gaudebo, et exultabo in Deo IESV meo.* Nimirum cum, ut dicitur in Actis, non est in alio aliquo salus. Act. 4.
Nec enim aliud est nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et pro isto Salvatore suspicia emittebant antiqui patres vehementissima cordium suorum afflictione, ut ex Prophetarum scripturis patet.

A 4

Atque

Esa. 38.

Atque ita quando Regi Ezechiæ mors nunciata fuit, ipse suspirans dixit: *Non videbo Deum in terra viventium.* Terram viuentium vocavit ibi terram Iudææ, in quam Deus, humana carne indurus venit, & pro illo suspirabat ibi dicens. Nunquid moriar absque eo, quod in hac terra tantum bonum videam? Et septuaginta interpres sic vertunt. Et dixit. Non iam, non iam, non videbo salutare Dei? In qua verborum repetitione denotatur ingens desiderium, quo bonus ille Rex hanc cælestem salutem videre cupiebat; sicut Trojanorum lætitiam, cum procul viderent Italiam, tria geminatione Italiae expressit Virgilius dicens:

*Cum procul obscuros colles, humilemq; videmus
Italiam, Italiam primus conclamat Achates:
Italiam socii latq; clamore salutant.*

Esa. 46.
Esa. 62.
Esa. 12.Gen. 49.
Hebr. 11.
Iacob
nomen
Iesvs in
figura
adorauit.
Gen. 49.

Accedit quoque, quod in veteri testamento quoties in vulgata editione habetur Saluator, vel salutare, Hebraicè habetur sacrum nomen, I E S V S: ut patet Esa. 46. aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Et cap. 62. Ecce Saluator tuus Venit: habetur I E S V S. Et cap. 12. Ecce Deus Saluator meus. Factus est mihi in salutem. Et haurietis aquas de fontibus Saluatoris: Ter habetur nomen I E S V S, ut notauit Procopius. Eximius quoque ille Patriarcharum Iacob inquit: *Salutare tuum expectabo Domine,* hebraicè I E S V A H, id est, I E S V M tuum expectabo Domine. Hoc sacro sanctum nomen adorauit idem Iacob, cum adorauit fastigium Virga Ioseph, siue sceptri illius: sicut legit Paulus ad Hebr. 11. sequutus translationem Septuaginta: In fastigio enim & culmine virgæ crucis Christi scripsit Pilatus hoc nomen I E S V S: atque illud in figura adorauit Iacob in fastigio virgæ Ioseph. Veram itaque ac æternam salutem Iacob in extremo suspirabat spiritu, cum verba illa protulit: *Salutare tuum expectabo Domine.* Quæ Chaldæus sic exponit; *Salutare tuum expecto Domine,* dixi Iacob, non expecto salutare Gedeon, quæ est salus temporalis, neque salutare

Sam-

Samson , quæ est salus transitoria , sed expecto : ed. nitionem Christi filij Dauid , cuius redemptionem desiderat anima mea , &c. Reliquæ salvationes salutem afferunt temporariam : I E S V saluatio attulit æternam , reliquæ hostes imbecillos , nempe homines à ceruicibus depulere , hæc peccata , dæmones , mortemq; , hostes truculentissimos depulit ; reliquæ fuere corporum , hæc corporum & animorum ; reliquæ defecere , hæc cum æternitate permanebit .

Rursum Ioseph ille Hebræus , quem Ægyptus salvatorem mundi appellauit , mundi totius saluatoris umbra fuit . Tanta autem extitit tempore illius abundantia tritici , ut arenæ maris coæquaretur , & copia mensuram excederet . Similem in modum , nostri Seruatoris tempore , tanta est diuini pabuli copia , ut arenam superet maris , mensuramq; omnem excedat . Etenim Christi quibus pascimur merita , omnem mensuram transcendent . Porro in veteri lege tres fuere viri hoc nomine IESVS appellati ; nempè IESVS Naue , dictus Iosue , cuius voci obediuit Sol , quique Israëliticum populum in terram promissionis induxit . Secundus IESVS Iosedech , qui anno primo Cyri Regis Persarum cum Zorobabele templum Salomonis à Chaldæis dissipatum restituit . Tertius IESVS Sirac auctor libri Ecclesiastici , qui cælesti doctrina filios Israel erudituit . Omnes isti typum & figuram gestere Saluatoris Christi ; *qui multos filios in gloriam adduxit* , qui cælestis Hierusalem ruinas instaurauit , qui tandem cælestem doctrinam Apostolis & Ecclesiæ sanctæ de sinu patris suscepit et reuelauit : & qui melius quam Iosue fideles suos in æterna tabernacula introduxit . Et consonat nominis IESV etymologia , apud Græcos enim I E S V s sex literis scribitur , qui numerus (teste Beda primo libro in Lucam) salutis nostræ mysteria redolet . Continetur enim in eo numerus 888 . qui respondet octonario futuræ beatitudinis : sicut prædictum Sibylla Cumana , cuius Græcum vaticinium

Gen. 41.
Ioseph
patriar-
cha typus
fuit Sal-
uatoris.

Nomen
IESVS alij
in typo
habuere.

Etymo-
logia no-
minis Ie-
sv secun-
dū Græ-
cos.

Sibyllæ Cumanæ vaticinii de nomi- ne I E S V .	I H O Y .	$\Sigma . S .$	8	80	800	888	I 10	H 8	N 200	O 70	Y 400	$\Sigma 200$	888.	Seb. Bar- rad. tom. I. li. 9. c. 3
fertur, in quo ex hoc numero nomen I E S V indicat, id verò in Latina hæc carmina conuersum reperies, lib. 2. Bibliothecæ Sixti Senensis.														

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipsis
In terris similis, natus patris omnipotentis,
Corpo r vestitus, Vocales quatuor autem
Fert: non vocalesq; duas: binum, geniorum.
Sed qua sit numeri totius summa docebo,
Namq; octo monades, totidem decades super ista,
Atque hecatontadas octo, infidis significabit
Hominibus nomen Tu vero mente teneto
Æterni natum CHRISTVM, summiq; Parentis.
Ait Sibylla nomen INSOV, Græcum, quatuor constare
vocalibus, & duabus consonantibus. Vocales sunt, I, N, O, U.
Consonantes duo sigmata duorum genitorum, id est,
Angelorum, sic enim Græcè legitur; nimurum Sathanæ,
& Sathanæ, hæc enim nomina sigma habent in prin-
cipio. Præterea affirmat sanctissimum nomen contine-
re octo monades, id est, octo unitates. Præterea octo
decadas, id est, octies decem, videlicet 80. & octo heca-
tontadas, id est, octies centum 800. Vnde summa existit
888. Hunc numerum nominis obseruavit Beda, vt su-
pra diximus, Luc. 2. his verbis; Sacrosandi nominis, IE-
SVS, non tantum Etymologia, sed & ipse quem litteris
comprehendit numerus, perpetua salutis mysteria redollet.
Sex quippe litteris apud Gracos scribitur INSOV, videlicet,
i. & n. & o. & u. & s. quarum numeri sunt. 10. 8
8 800. 80 800. 8 800. qui fiunt simul 888.
Hæc Beda. Idcirco quidam dixit:
Cui tria sunt octo, mihi sis, Saluator, vt opto.
Ne voret innumerus, cui tria sex, numerus.
Nam D. Ioannes Apoc. 13. Nomen Antichristi ob-
scure indicans, litterarum quibus constat numerum in-
dicauit. Numerus, inquit, eius, sexcenti sexaginta sex.
Constat ergo Antichristi nomen proprium quod igno-
ratur,

ratur, litteris Græcis continentibus numerum ὈΤΩ. senarijs nimirūm multiplicatis, quia senarius rerum caducarum numerus est, quæ sex diebus conditæ sunt; Antichristus autem, & Antichristiani caducis rebus erunt mancipati. Numerus nominis Christi octonarios habet repetitos, qui octonarius, numerus est resurrectionis & circumcisionis: octaua enim die, id est, Dominicæ, quæ septimum sabbathi diem sequitur, Christus & circumcisus est, & surrexit. Christus vero & qui Christum imitantur, voluptates circumcidunt, & futuram resurrectionem expectantes, res caducas pro nihilo ducunt. Præterea ut senarius non attingit septenarium numerum quietis, septimo enim die quietem Deus, ab omni opere, quod patrârat, sic Antichristus, & Antichristiani, quietem non attingent, sed æterna tormenta perpetuentur. Octonarius non solum attingit, sed etiam superat eundem septenarium quietis numerum, estque numerus gloriae, quæ mortis quietem sequitur, quam Christus possidet, eiusq; imitatores perpetuam consequuntur. *Octauum numerum (inquit Beda) resurrectionis gloria conuenire penè omnibus claret. Nam & Dominus octaua die, hoc est, post septimam sabbathi surrexit, & ipsi post sex huius seculi statas, & septimam sabbathi animarum, quæ nunc interim in alia vita geritur, quasi octavo tempore surgemus, &c.* Eadem ferè D. Hieron. & August. Adde numerum octonarium salutis esse numerum. *Octo enim animæ, ut Petrus scribit, in Arca Noë salu& factæ sunt per aquam, quod & nos nunc similis formæ baptismæ saluos fecit. Quin & numerus est noui Testamenti. Nam septenarius veteris erat, in quo septimus dies, id est, sabbathum celebatur, in nouo octauus, qui septimum sequitur, id est, dominicus observatur.*

Insuper numerus est æternitatis, ut coniicit D. Augustinus, Quoniam, inquit, omnia tempora septem dierum repetitione solvantur, octauus forte ille dictus est, qui varietatem istam non habebit. Octauo ergo die circumcisus

Nominis
Antichri-
sti myste-
rium.

Quid per
senarium
intelli-
gatur.

Quid per
octona-
rium?

Beda.
Luc. 2.

Hier. in
Ezech. 40.
August.
lib. 16. de
cruit. Dei,
cap. 26.
I. Petr. 3.

August.
Psalms. 6.

est

Quā be-
nē octo-
narius
Christo
conue-
niat.

est Christus, nomenque accepit, quod Græcè multipli-
catos habet octonarios, siue ogdoadas. Cum nomine
dies consentit; octauus dies est, octonarijs plenum est
nomen. Numerus octonarius Christo benē congruit.
Numerus salutis recte congruit Testamenti noui con-
ditori, numerus æternitatis siue futuræ vitæ, recte con-
gruit Patri æternitatis, siue futuri seculi. Numerus sa-
litis, æternitatis, & noui Testamenti, recte in Christum
quadrat, qui & salutem æternam, & noui Testamenti
attulit. De eodem Nomine Claudianus, Gentilis alio-
quin, vt à D. Augustino, lib. 5. de ciuitate Dei accepi-
mus, ita cecinit:

*Regnante Dominum iam lingua fatetur IESVM
Nomine quo fundata salus stat nostra, fidesq;
Nititur, eterna tendens in secula vita.*



REGIVS PROPHETA DAVID, SINGYLARIS DIVINI NOMI- NIS PRÆCO.

CAPVT III.

David
præ cete-
ris Stu-
diosus di-
uini No-
MINIS
cultor
fuit.
1. Reg. 17.



VANQVAM omnes ferè veteris legis Pa-
tres & Prophetæ multi fuerint in celebra-
ndo & laudando NOMINE DIVINO, inter eos
tamen singulari quodam priuilegio enituit
Rex & Propheta Dauid, qui non solum admiranda ope-
ra Diuini huius NOMINIS inuocatione (vt testantur sa-
cræ literæ) perpetrauit, vt pote cum dixit. *Tu Genio ad
me cum gladio, & hasta & clypeo, ego autem Genio ad te in-*

NO-

NOMINE DOMINI exercituum, verum etiam *DEV M* peculiariter colendi & laudandi ritum adinuenit, cantores instituendo, & sacri numinis instinctu conscribendo *Psalmos*, qui quo modo debeamus Deum laudare, illi gratias pro beneficijs acceptis reddere, in nostris necessitatibus ab eo auxilium petere, apertiores illius cognitionem nobis tradunt, cum illius operum præstantiam, tam naturæ, quam gratiæ de quibus penè omnes *Psalmi* tractant, nobis ob oculos ponunt, ut in nostris cordibus in illius maiestatem tum amorem, tum timorem, tum reuerentiam excitent, quæ sunt ea, in quibus summa Christianæ Philosophiæ aperte consistit: in duas enim res distribuitur, quarum altera est, creatoris cognitione nostrum intellectum erudire; altera illius *NOMINIS* amore, & timore inflammare, & afficere, quarum prima ad secundam ordinatur, tanquam ad rem, & præcipuum finem: sola enim *Dei cognitio*, nisi & voluntas ei cognitioni respondeat, parum nos iuare potest. Ad inflammandum ergo voluntatis affectum, tanquam ad maximè præcipuam partem *Psalmi* maximè conducunt. Propter hanc causam Ecclesia voluit, ut illi nobis in ore versarentur diu, noctuque cum ipsis cubitum discederemus, cum ipsis è lecto surgeremus, cum ipsis pranderemus, atque cænaremus, ut hac continua exercitatione, semper ignem igni, lumen lucini, & deuotionem deuotioni adderemus, & ita semper creatoris amore, & timore augeremur. Præcipue tamen inter cetera, saepius utitur nomine *Iesuah*, quod in nostram linguam translatum *salutare*, aut *salutem* significat, & sacratissimum nomen *Iesv*, clarè ac signifcanter exprimit; utpote cum dicit: *Notum fecit Dominus salutare suum*; hebraicè; *Notum fecit Dominus Iesuah suum*. Eodem psalmo. *Viderunt omnes termini terra salutare Dei nostri*, hebraicè, *I E S V M* Dei nostri. *Psalmus 52. Quis dabit ex Sion salutare Israel*; ex hebreo; *Quis dabit ex Sion I E S V M Israel*. *Psalmus 34. Dic anima mea*

Ad quid
Psalmi
condu-
cant?

Summa
Christia-
næ Philo-
sophiæ
duabus
rebus cō-
tinetur.

Cur Ec-
clesia
Psalmo-
rumsum
maximè
recep-
tit?

Psal. 97.

Psal. 52.

Psal. 34.

*Psal. 67.**Illephons**Ciron.**conc. 3. de**circumcis.**Domini.**Antiqui**Patres**per fidem**quomo-**do IESVM**inuocâ-**rint?**lib. 15. de**Trinit.**Ioan. 17.**Psal. 148.*

*mea salus tua ego sum ; verti potest ; Dic animæ meæ I E-
sūs tuus ego sum. Psal. 67. Prosperum iter faciet nobis
Deus salutarium nostrorum. Aliter ; Prosperum iter fa-
ciet nobis Deus Iesvs noster. Et (vt plures graues Dō-
ctores interpretantur) hoc est nomen Domini , quo
olim a Prophetis , & maximè a Régio vate sàpè nuncu-
pabatur ; de quo dixit ; *sanc tum & terribile nomen eius.*
Psal. 119. Et in alijs multis Psalmis : In dō omnes antiqui
Patriarchæ, quibus vnius mediatoris Iesv, fides explic-
ita communicata est, cum nomen Domini inuocare cæ-
perunt, filij Dei, & Domini Iesv aduentum inuocabant.
Ipse enim nomen Dei vocabatur : quia iuxta doctrinam
D. Augustini, sicut filius Dei dicitur verbum ; & concep-
tus diffinitius Patris, in quantum explicat totam es-
sentiam Patris : ita dicitur nomen Dei, in quantum no-
tificat nobis plenitudinem diuinarum perfectionum,
omnipotencie, sapientie, bonitatis, misericordie, iusti-
tiae. Hoc est quod Christus ait, Ioan. 17. *Pater manife-
stauis nomen tuum hominibus : Ego te clarificauis super ter-
ram.* Quare meritò Rex Dauid creaturas omnes, præ-
cipue homines, ad laudandum nomen Domini inuitat :
quia exaltatum est nomen eius solius. Nos igitur cum
eodem laudemus NOME DOMINI ac dicamus :*

PSALMODIA SVAVIS DE NOMINE DOMINI EX PSALMIS DAVID CONTEXTÆ.

Psal. 5.

GLORIA BVNTVR in te omnes, qui diligunt NOME TUUM, quoniam tu benedices iusto.

Psal. 7.

Confitebor Dño secundum iustitiam eius, & psalmam NOME DOMINI altissimi.

Psal. 8.

Domine Dominus noster, quam admirabile est NOME TUUM in vniuersa terra ?

Læta-

DE SS. NOMINE IESV.

K

Lætabor & exultabo in te, psallam N O M I N E T U O altissime. Psal. 9.

Sperent in te qui nō gerunt N O M E N T U O M, quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

Exultabit cor meum in Salutari tuo: cantabo D e m i o n i qui bona tribuit mihi, & psallam N O M I N E D o m i n i altissimi. Psal. 12.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & N O M I N E T U O psalmum dicam. Psal. 17.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis; protegat te N O M E N Dei Iacob. Psal. 19.

Lætabimur in Salutari tuo, & in N O M I N E D e i n o s t r i magnificabimur.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in N O M I N E D o m i n i D e i n o s t r i inuocabimus. Psal. 21.

Narrabo N O M E N T U O M fratribus meis, in medio Ec clesiae laudabo te. Psal. 22.

Deduxit me super semitas iustitiae, propter N O M E N suum. Psal. 24.

Propter N O M E N T U O M Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Psal. 24.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domi no gloriam N O M I N E eius, adorate Dominum in atrio sancto eius. Psal. 28.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter N O M E N T U O M deduces me, & enutries me. Psal. 30.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in N O M I N E sancto eius sp̄rauimus. Psal. 32.

Magnificate Dominum tecum, & exaltemus N O M E N eius in idipsum. Psal. 33.

Beatus vir cuius est N O M E N Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias fallas. Psal. 39.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in N O M I N E T U O spernemus insurgentes in nobis. Psal. 43.

In Deo laudabimur tota die; & in N O M I N E T U O confitebimur in secula. S.

Si oblii sumus NOME N dei nostri; & si expandimus manus nostras ad Deum alienum.

Exurge Domine adiuua nos; & redime nos propter NOME tuum.

Psal. 44.

Memor ero NOMINIS tui Domine: in omni generatione & generationem.

Psal. 47.

Secundum NOME tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

Psal. 51.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo NOME tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Psal. 53.

Deus in NOME tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Psal. 60.

Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor NOMINI tuo Domine, quoniam bonum est.

Psal. 65.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus NOME tuum.

Psal. 67.

Sic psalmum dicam NOMINI tuo in seculum seculi: ut reddam vota mea de die in diem.

Psal. 68.

Sic benedic te in vita mea: & in NOME tuo leuabo manus meas.

Psal. 71.

Iubilate Dco omnis terra, psalmum dicite NOMINI eius: date gloriam laudi eius.

Omnis terra adorer te, & psallat tibi: psalmum dicat NOMINI tuo.

Cantate Deo, psalmum dicite NOMINI eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus NOME illi.

Laudabo NOME Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt NOME eius habitabunt in ea.

Sit NOME eius benedictum in secula; ante solem permanet NOME eius.

Et benedictum NOME maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

Incen-

Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra : pol
luerunt tabernaculum N O M I N I S tui. Psal. 73.

Visquequò Deus improperabit inimicus ? irritat ad-
uersarius N O M E N tuum in finem ?

Memor esto huius, inimicus improperauit Domino:
& populus insipiens incitauit N O M E N tuum.

Ne auertatur humili factus confusus ; pauper & in-
ops laudabunt N O M E N tuum.

Confitebimus tibi Deus, confitebimus, & inuocabi-
mus N O M E N tuum. Psal. 74.

Notus in Iudaea Deus : in Israel magnum N O M E N
cius. Psal. 75.

Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt :
& in regna quæ N O M E N tuum non inuocauerunt. Psal. 78.

Adiuua nos D E U S salutaris noster : propter gloriam
N O M I N I S tui Domine libera nos, & propitius esto pec-
catis nostris propter N O M E N tuum.

Et non discedimus à te : viuiscabis nos , & N O M E N
tuum inuocabimus. Psal. 79.

Imple facies eorum ignominia : & quærent N O M E N
tuum Domine.

Vt cognoscant quia N O M E N tibi Dominus, tu solus
altissimus in omni terra. Psal. 82.

Omnis gentes quascunque fecisti, venient, & adora-
bunt coram te Dñe : & glorificabunt N O M E N tuum. Psal. 85.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate
tua : lætetur cor meum vt timeat N O M E N tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde
meo : & glorificabo N O M E N tuum in æternum.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in N O
M I N E tuo exultabunt tota die : & in iustitia tua exalta-
buntur. Psal. 88.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso : & in
N O M I N E meo exaltabitur cornu eius.

Quoniam in me sperauit liberabo eum : protegam
eum quoniam cognovit N O M E N meum. Psal. 90.

Psal. 91.

Bonum est confiteri Domino; & psallere N O M I N I tuo altissime.

Psal. 95.

Cantate Domino, & benedicte N O M I N I reius: annunciate de die in diem salutare eius.

Psal. 98.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam N O M I N I eius.

Psal. 99.

Confiteantur N O M I N I tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.

Psal. 101.

Laudate N O M E N eius quoniam suavis est Dominus: in æternum misericordia eius: & usque in generatione & generationem veritas eius.

Psal. 102.

Et timebunt gentes N O M E N tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Psal. 104.

Vt annuncient in Sion N O M E N Domini: & laudem eius in Hierusalem.

Psal. 105.

Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt N O M I N I sancto eius.

Psal. 108.

Confitemini Domino, & inuocate N O M E N eius: annunciate inter gentes opera eius.

Psal. 110.

Et saluauit eos propter N O M E N suum: ut notam faceret potentiam suam.

Psal. 112.

Vt confiteamur N O M I N I sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Psal. 113.

Et tu Domine Domine fac mecum propter N O M E N tuum: quia suavis est misericordia tua.

Psal. 114.

Sanctum & terribile N O M E N eius: initium sapientiae timor Domini.

Psal. 115.

Laudate pueri Dominum: laudate N O M E N Domini.

Psal. 116.

Sit N O M E N Domini benedictum: ex hoc nunc & usque in seculum.

Psal. 117.

A solis ortu usq; ad occasum: laudabile N O M E N D ñi.

Psal. 118.

Non nobis Domine non nobis: sed N O M I N I tuo da gloriam.

Psal. 119.

Tribulationem & dolorem inueni: & N O M E N Domini inuocavi.

Calicem sa'utaris accipiam : & NOME N Domini in-
uocabo.

Dirapisti vincula mea , tibi sacrificabo hostiam lau-
dis : & NOME N Domini inuocabo.

Omnis gentes circuerunt me : & in NOME N Do-
mini quia vltus sum in eos.

Circundantes circundederunt me : & in NOME N
Domini quia vltus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes , & exarserunt sicut
ignis in spinis : & in NOME N Domini quia vltus sum
in eos.

O Domine salutum me fac , o Domine bene prospes-
tare : benedictus qui venit in NOME N Domini.

Memor fui nocte NOME NIS tui Domine : & custodi-
ui legem tuam.

Aspice in me , & miserere mei : secundum iudicium
dilectionis NOME N tuum.

Illuc enim ascenderunt tribus , tribus Domini , testi-
monium Israel : ad confitendum NOME N Domini

Adiutorium nostrum in NOME N Domini : qui fecit
caelum & terram.

Et non dixerunt qui præteribant , Benedictio Domi-
ni super vos . benediximus vobis in NOME N Domini.

Laudate NOME N Domini : audite servi Dominum.

Laudate Dominum , quia bonus Dominus : psallite
NOME N eius quoniam suauis est.

Domine NOME N tuum in eternum : Domine me-
moriale tuum in generatione & generationem.

In conspectu Angelorum psallam tibi ; adorabo ad
templum sanctum tuum , & confitebor NOME N tuo.

Super misericordia tua & veritate tua : quoniam
magnificasti super omne NOME N sanctum tuum.

Veruntamen iusti confitentur NOME N TUO : &
habitabunt regni cum vultu tuo.

Educ de custodia animam meam , ad confitendum
NOME N TUO : me expectant iusti , donec terribil es mihi

Psal. 115.

Psal. 117.

Psal. 118.

Psal. 121.

Psal. 123.

Psal. 128.

Psal. 134.

Psal. 137.

Psal. 139.

Psal. 141.

Psal. 142.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter NOME N tuum Domine, viuisabis me in æquitate tua.

Psal. 144.

Exaltabo te Deus meus rex : & benedicam NOMINI tuo in seculum , & in seculum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi ; & laudabo NOME tuum in seculum , & in seculum seculi.

Psal. 148.

Laudationem Domini loquetur os meum : & benedicat omnis caro NOMINI sancto eius in seculum , & in seculum seculi.

Laudate eum cæli cælorum : & aquæ quæ super cælos sunt, laudent NOME Domini.

Iuuenes & virgines , senes cum iunioribus laudent NOME Domini ; quia exaltatum est NOME eius solius.

Psal. 149.

Laudent NOME eius in choro ; in tympano & psalterio psallant ei,



D E S C R I P T I O N E D E S SACRATISSIMI N O M I- N I S I E S V I M P O S I T I O N E , E I V S- d e m q ; c u m c i r c u m c i s i o n e c o n- u e n i e n t i a .

C A P V T I V .

*Cur no-
mina im-
ponantur?*

NOMINA quidem ad explicandas rerum na-
turas inuenta sunt: iuxta cognitionem enim,
quam de rebus habemus , ipsis nomina im-
ponimus. Ut enim dixit Philosophus : *Voces*
sunt signa conceptuum. D. Bernardus (aut quicunque fuit

ille

ille author, qui scripsit tractatum, qui habetur inter opera D. Bernardi de Passione Domini, cap. 36.) animaduertit, quo pacto prima effusio sanguinis Christi facta est in eius Circumcisione, quando vocatum etiam est nomen eius I E S V S, & Saluator. Propterea autem in Circumcisione Christi coniuncta sunt simul, effusio sanguinis, & sanctum nomen IESV. Quoniam diuinissimum hoc nomen IESV, nomen est salutis, sive Saluatoris, ac redemptoris hominum à peccatis, sicut constat ex verbis Angeli ad Ioseph apud Matthæum. *Vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Ut autem Apostolus docet, ad Hebreos scribens, *sine sanguine effusione non fit remissio.* Neq; enim esse potest aut mundi redemptio, aut remissio peccatorum, aut salus animarum, sine Christi sanguine; in quo sicut Paulus ad Ephesios dicit, *Habemus redemptiōnēm per sanguinem ipsius, in remissionē peccatorū.* Ut ergo Filius Dei natus de Virgine secundum carnem, esset Saluator, & vocaretur IESVS, necesse fuit, ut intraret mundum effundendo proprium sanguinem, sicque habere inciperet, & nomen, & opus Saluatoris. Atque ita dicit idem Paulus ad Hebreos de Christo. *Per propriū sanguinem introiuit semel in sancta, aeterna redēptionē insueta.* Semel intrasse dicit in Sanctuarium nostræ redēptionis, ut se ipsum offerret Patri immolandum pro reparacione humani generis: quod sacrificium cruentum sanguine offerre cœpit in Circumcisione, in qua cœpit proprium sanguinem fundere, quem postea copiose effusurus erat in passione, & cruce, in qua simul cum sanguine vitam dedit pro salute hominum, ut copiosa esset apud eum nostra redēptio. Hæc omnia mirabiliter prædicta videtur S. David, inquit. *Deus noster, Deus saluos faciendi; & Domini exitus mortis.* Quem locum tractans August. lib. 17. de Ciuit. Dei, cap. 18. inquit: *Deus saluos faciendi, Dominus est I E S V S, quod interpretatur Saluator, sive salutaris. Ipse enim sal-*

Cur in
circum-
cisione
coniun-
cta sunt
effusio
sanguini,
& S.
nomen
I E S V ?

Matth. I.
Hebr. 6.
Ephes. I.

Hebr. 9.

Christus
sacrificiū
suum in
circum-
cisione
offerre
cœpit.

Psal. 67.

uum feci populi suum à peccatis eorum , in quorum pē-
catorum remissionem quoniam sanguis eius effusus est, non
Etique oportuit cum de hac vita exitus a iis habere , quam
mortis. Ideo, cum dictum esset Deus noster, Deus saluos fa-
ciendi, continuo subiunctum est. Et Domini Domini exi-
tus mortis : Et ostenderetur, moriendo saluos esse facturus.
Sed mirando dictum est , & Domini , tanquam diceretur.
Talis est ista vita mortalium. Et nec ipse Dominus aliter ab
illa exierit, nisi per mortem. Hactenus Augustinus. IESVM
ergo vocat David Deum nostrum, quia carnis nostrae na-
turam assumpsit : & huius Domini, qui Domini Dei pa-
tris Filius est (iuxta quod ipse dicit alibi, *Dixi: Dominus
Dominus meo sedē a dextris meis*) dicitur esse exitus mor-
tis, quoniam ipse suo sanguine, atque passione, foras e-
cit principem huius mundi, atque etiam mortem, quæ
ipsius principis mundi inuidia, & primi hominis pecca-
to, in mundum intrauerat. Sic habes prophetatum in
Cantico Abacuc de Christo in cruce moriente , pro f-
lute mundi : *Cornua in manibus eius : ibi abscondita est
fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors.* Egredietur Dia-
bolus ante pedes eius. Quoniam virtute sanguinis, & for-
titudine crucis Christi , salvi facti sumus à potestate
Diaboli , & mortis, atque peccati : illa contrita sunt, &
nos liberati sumus in nomine Domini.

Quanto
precio
estimavit
Christus
nostram
salutem :
1. Petr. 1.

Tanti Deus aestimauit redemptionem nostram, & sa-
ludem, ut noluerit minori pretio eam comparare, quam
vita & sanguine agni immaculati Filii sui, quemadmodum
D. Petrus dicebat, *Non corruptibilibus auro, vel ar-*
gento redempti estis, sed pretioso sanguine, quasi agni imma-
culati, Christi. Hoc ergo est aurum mundissimum, atque
optimum, quo nos Deus redimere voluit, & ornare, at-
que ditare , quemadmodum Ambrosius dicit in præfa-
tione Psalmi 35. *Bonum aurum est sanguis Christi , diues
ad pretium, perfluis ad lauandum omne peccatum.* *Auro
seruum redimis, & auro ornas, &c.* Et Chrysostomus ho-
milia 17. ad populum Antiochenum. *Hic sanguis, salus*
est.

est animarum nostrarum, hoc abluitur anima, hoc inflamatur, hoc ornatur. Recte profectò, hi sancti Patres enumerant mirabiles effectus pretiosi sanguinis I E S V, sine quo nec salvs, nec pulchritudo, nec vita animarum nostrarum esse potest: Hoc sanguine abluitur anima à sorribus peccatorum, sicut & S. Ioannes in Apocalypsi dixit, *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* *Suo*, dicit, quasi per exaggerationem, vt magnitudinem pretij, quo redempti sumus, & *sanguinis*, quo sumus abluti, explicet, aut certè, vt ostendat, nullo alio sanguine potuisse redimi animas nostras, & à peccatis emundari, nisi pretioso sanguine I E S V Christi. *Empti estis pretio magno,* *1. Cor. 6.* ait Paulus; hoc eodem pretio magno emptum est nomen I E S V S. Nomen Deus, verbum, creator, & huiusmodi reliqua, nullo pretio consecutus est Christus, at non men I E S V S magno pretio comparavit. Nullo pretio comparat princeps regis nomen, quod a patre simul cum regni hæreditate accipit; at Africani nomen, Asia- tici, Indici, non nisi magno labore, & multo sanguine, victa Africa, Asia, Indiaq; comparabit. Ita Christus nomen Dei, Verbi, & huiusmodi alia à Patre simul cum divina essentia sine labore habet; nomen vero I E S V S à cruce, a sanguine, à toto orbe magno cum labore redempto adep̄us est. Nomen enim I E S V à maximo Dei opere, hoc est salute hominibus per incarnationem, crucemque allata, ductum est, ipsam enim salutem significat. *Cales enarrant gloriam Dei* Vates canit. Nomen vero I E S V enarrat tum gloriam Dei eximiam, tum hominibus a Deo alatam salutem maximam. *Opera manu- um Dei, annunciat firmamentum;* maiora opera annunciat nomen I E S V S, manus enim, pedesque Dei annunciat clavis fuisse confixos, caput spinis cruentatum, corpus flagellatum, sanguinem pro hominum salute effusum. Quodnam maius vñquam, quod admirabilius fuit Dei opus? Mirabilior, ait D. Leo, est secunda hominum genera- ratio, quam prima conditio: *Quia plus est, in nouissimis se- culis,*

Apoc. 1.

Nomen
I E S V S
quomo-
do Chri-
stus ac-
quisierit.

Psal. 18.
Nomen
I E S V quid
nobis in-
nuat?

Leo, ser.
13. de pas-
sione.

culis, reparasse Deum, quod perierat, quam à principio fecisse, quod non erat. Fuere olim fortunata quædam, & boni velut ominis nomina, ut *Valerius, Lucrinus, & similia*: Fuere quædam *suavia, & iucunda*, ut *Hyacinthus, Narcissus, Charilaus, Earinus*, de quo lib. 9. epigram.

8. *Martialis:*


Nomen cum violis rosisq; natum:

Nomen nectare dulcissus beato.

Fuerunt etiam quædam *augusta*, & in summo apud omnes precio ac veneratione. Tantum, ait in *Macrino, Capitolinus*, desiderium nominis *ANTONINI* fuisse dicunt, Et nisi populus & milites *ANTONINI* nomen audirent, Imperatorum non putarent. Et in *Diadumeno Lampridius*: Fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, Et qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperium. Et postea. Extat epistola *Opilij Macrini*, qua gloriatur, non tam se ad imperium peruenisse, qui esset secundus Imperij, quam quod *Anionini* nominis esset pater factus, quo clarius illis temporibus non fuerat & el Deorum. Vnde & passim hoc nomen dicitur *sacrum, sacratum, Cesareum, Imperatorium*. Sed quid omnia hæc ad Iesu nomen? in quo beatitas æterna: suauitas, & iucunditas infinita: dignitas & Maiestas immensa. Valeant *Valerij, marcescant Earini, obsolescant Antonini*. Vnum populis, gentibus, orisque omnibus fortunatissimum, suauissimum, optatissimum, & augustissimum Iesu nomen, in quo quæcunque optari queant, bonorum omnium complexis est. Salve ô sanctum non men, salve: & me salua.



NO-



NOMEN IESV, NOVI ANNI
EXORDIVM CONSECRAT, PRO-
gressumque faustum, ac futu-
ram felicitatem de-
signat.

CAPVT V.

NOmen Iesv anni principium ornat. Calen-
dis enim Ianuarij Christo fuit impositum.
Primus vero Ianuarij, & totius anni dies. ce-
lebris erat priscis Romanis quem communi
omnium laetitia festum agebant: adeò quidem ut hoc
die, supra quam alias vñquam, munificos, liberalésue
exhibere se, pro more haberent, haud dubiè, ideò, ut
hæc anni felicia auspicia, felicioris decursus eiusd
quoddam signum essent, & sic omnia grata forent. Hu-
ius moris meminerunt auctores cum primis graues:
Suetonius Tranquillus in suo Octauio Cæsare sic in-
quit: *Egidem Romani, & omnes ordines, Calendis Ia-*
nuarü strenam in Capitolio etiam absenti Casari confere-
bant. Idem suo tempore vñstatum fuisse tradit Plinius, *Plin. lib.*
& dicit morem tunc receptum fuisse, vti & nunc est re- *28. cap. 2.*
ceptus, vt inuicem hoc die amici munera strenasq; da-
rent, vnde liquet dudum in orbe inoleuisse ritum istum.
Hinc Ouidius canit:

At cur lata tuis dicuntur verba Calendis?

Et damus alternas, accipimusq; preces?

Ianum Deum interrogat, qui & Ianuarius mensis bi-

Cur pri-
mus anni
dies in
tanta ob-
seruati-
ne prisci
illis sue-
rit.

Plin. lib.
28. cap. 2.

Ovid. I.
Fast.

frons ref. tri solitus , & quærit , cur in Calendis ipsius omnes inuicem se salutent , & munera mittant ? Respondet :

*Omnia principiis, inquit, inesse solent.
Prospéra lux oritur, linguis, animisq; fauete.
Nunc dicenda bono, sunt bona verba die.*

Apud alias quoque gentes in his Calendis Ianuarij multe superstitiones obseruabantur, quæ damnantur in decretis c. si quis Calendas 26. q. 7. Magnus quoque Tamerlanus hunc diem ea cæremonia celebriare solebat, ut Sacerdos nomen ipsius Principis aurea tabula inscriptum eoram omnibus principibus , & populo alta voce pronunciaret : quod cuncti audientes in faciem procedebant.

Porrò Calendas Ianuarij totius anni initium Numa Pompilius H Romanorum Rex instituit : eoq; die Consules designati Reipublicæ Imperium primo capellebant : cum purpura enim , & fascibus noui magistratus in publicum procedebant , consulatusque sui manus in Senatu auspicabantur : sicut Ouidius cecinit primo Fastorum :

*Iamq; noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua consppicuum pondera sentit ebur.*

Author quidam natione Gallus , refert Magorum seu Sacrificiorum nationis suæ , (Druidæ sunt) morem priscum : Nimirum Calendis Ianuarij sub Vesperum omnes hortabantur, ut syluam pariter petentes è querubus viscum adferrent , quem falcula abscondebant aurea. Adhortantium autem hæc vox erat : *Auguy, l'an neuf. Id est : Ad viscum, annus nouus.* Cuius meminit Ouidius, referente Picardo in sua Celtopedia, hoc versu:

Ad viscum Druidæ, Druidæ clamare solebant.

Addit P. Hilaretus, hunc more his temporibus adhuc in usu esse, in quibusdā Galliæ locis, vbi à vespero, in mane in has personant voces : *Ad viscum, annus nouus.* Perfunsum enim habebant illi, ut si Dijs suis visco litarent, aurea ,

Quis pri
ma n an
ni diem
Cal. Ian
instituc
tit?

Hilaret.
Mos Gal
lorum
qualis?

Picard. in
celtop.
lib. 1.

aurea f. lce exciso , omnia sibi ex animi sententia anno
illo toto prosp. rī successura.

Si ita est, quod fausti illi dies, felicesq; anni, operibus
bonis, mutuis precibus, mutuisque muneribus ac ora-
tio. ibus sanctis largiebantur , quis quoſo feliciores
quam liberalissimus Deus noster concedere queat , qui
solus sua munificentia supplere defectus nostros, ac sub-
uenire miserijs valet : quiue aureo suo nomine, ac nu-
mine Calendis ipſis anni mundum quantumuis imme-
rentem quotannis donat.

Proponitur igitur in ipſis anni foribus I E S V sanctiſ-
simum nomen , vt omnia in nomine I E S V faciamus,
quæcunque toto anno facienda sunt. Præcedat annos
nostros, præcedat opera, & iter vitæ nostræ I E S V s, pro-
sperè cuncta cedent. Iuxta illud Psalmi 67. *Proſperum*
iter faciet nobis Deus salutarium noſrorum; siue Deus fa-
lutis nostra ; id est , IESVS , D. Hieronymus vertit ; Por-
tabit nos Deus ſalutis nostræ. O felicem hominem,
quem Deus ſalutis per totum annum sine morbo pec-
cati portat , iuuat , ac tuetur. O ſalutiferum anni ini-
tium quod ſalutis decoratur nomine ? Neque verò au-
reus deest color, quo cordibus inſcr̄batur. Aureus gem-
misque pretiosior ille ſanguis, quem in circumciſione
Christus fudit , ſeuatoris ſcribendo nomini præclarus
est color. *Omne* (ait Paulus) *quocunque facitis in verbo,*
aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri IESV Christi;
gratias agentes Deo & Patri per ipſum, &c. Nomen igi-
tur I E S V , id est , Saluatoris, in exordio anni ante oculos
ponitur, vt animæ ſalutem toto anno procurandam ef-
ſe meminerimus. Circumciſionis nomen adiungitur ſa-
lutis, vt ſciamus vitia, effrænatasque animi appetitiones
reſcindendas eſſe ; ſi ſalutem , bonumque annum con-
ſequi velimus. Diem Circumciſionis , anni boni diem
nominamus. Anno autem nomen non ſcientia impo-
nit, (qualis enim futurus fit , bonusne , an malus , quis
hominum nouit ?) ſed deſiderium. Bonum deſideramus
annum :

Applica-
tio aureæ
ſculæ
ac viſci.

Omnia
in nomi-
ne I E S V
fa-cienda
opera.
Psal. 67.
D. Hieron.

Ad Col. 3.

Animi
ſalus to-
to anno
procu-
randa.

**Qui bo-
num an-
num de-
siderat,
bonus
ipse sit.**

**D. Aug.
ser. 12. de
verbis
Domini
Bonum
nia esse
volumus,
quæ pos-
sideremus.**

**Nihil ha-
bere vo-
lumus
malum,
præter
nos.**

Psal. 33.

annum : fertilem, salubrem, ideoq; bonum appellamus. Qui bonum desiderat annum, non cuticulam, sed salutem animi curet, vitia circumcidat, sitq; ipse bonus. Non potest bono viro malus annus contingere, quicquid enim mali euenit, conuertit in bonum.

At nos bonum annum desideramus, bonum agrum, bonum pallium, bonas ædes, denique cetera omnia bona habere volumus ; boni ipsi esse nolumus. Si res quas possidebimus malas, possemus conuerte in bonas, faceremus protinus : nos ipsos malos, cum facile possimus transferre in bonos, facere recusamus. Hac de re Augustinum dicentem audiamus. *Bona* (inquit ille) *vis habere, & bonus non vis esse. Quid enim est quod velis habere maium ? dic mihi, nihil omnino. Non uxorem, non filium nec filiam, non seruum, non ancillam, non villam, non tunicam postremo non caligam : Et tamen vis habere malam vitam ; Rogo te, præpone vitam tuam caliga tua. Si tibi possent respondere bona tua, quibus est plena domus tua, nonne et tibi clamarent ? sicut tu nos bona vis habere, sic et nos volumus habere bonum Dominum* Hæc Augustinus. Si ergo annus ipse responde: e nobis posset, nonne & ipse clamaret, sicut vos ô homines me bonum esse cupitis, sic & ego bonos vos esse desidero. Nolo mea bonitate vestram pascere improbitatem, nolo mea vbertate vestram nutrire superbiam, nolo meis messibus, meis fructibus, vino, oleoque meo vestra alere flagitia. Annum bonum habere cupitis : bonus ero si vos quoq; boni sitis, si spiritalem circumcisione suscipiatis, si augustissimum nomen Iesu in circunciso, ac dolato corde, veluti tabula, amoris affectibus, veluti litteris aureis depingatis, si in salutem animi toto pectore incumbatis. *Quis es homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos ? rogar vates Psal. 33. Deinde quid agendum sit, ut dies videamus bonos, subiicit. Prohibe linguam tuam à malo, Et labia tua ne loquantur dolum : disuerte à malo, Et fac bonum, inquire pacem, & persequere eam. Annos bo-*

10,

nos, diesq; bonos vis videre? hæc præsta. *Diuerte à ma-*
lo, & fac bonum, hoc est, esto bonus. At scito dics, au- Dies bo-
 nosque bonos non in terra, sed in cælo verè reperiri, ni in cælo
Nolite (inquit D. Augustinus) *quarere in hoc seculo vitam*, *D. Aug.*
& dies bonos, ubi bons esse non possunt, &c. Non possunt ser. 39. de
 dies huius seculi boni esse, quia laboribus, & æruminis *vertus Do-*
catur non possunt. Boni tamen erunt, si bona in illis *mitti*.
 opera patremus, per quæ veluti per gradus ad dies illos Non pos-
 verè bonos, qui perpetua gloriæ luce illustrantur, ascen- sunt : se
 damus Vis bonos hos videre dies? Dei mandata dili- boni se-
 genter obserua. *Tunc* (ut Augustinus ait sermone cita- culi hui-
 to) *bona fronte dices Domino. Feci quod iussisti, reddo dies.*
quod promisi.

Perpende insuper, quomodo Sol splendidissimus, Ca- Sol in
 lendis Ianuarij, in benignissimo signo nominis Iesv fo- signo no-
 larem annum inchoat. Benignissimè autem ex signo minis Is- salutis, salutem in terras influit, & coronæ boni faustiq; sv annū
 anni benedicit: iuxta illud Psal. 64. *Benedices corona inchoat,*
anni benignitatis tuae, & campi tui replebuntur libertate.
 Congruunt hæc omnia nostro Soli. Suo ille benigno
 influxu, coronat annum, id est, spiritualibus temporalibusque frugibus, fructibus, herbis, floribusque veluti
 corona exornat. O illos beatos, qui solarem Christi
 amplectuntur annum, Lunarem mundi execrantur.
 Etenim annorum lunares quidam dicuntur, alij solares.
 Lunares annos Lunæ, solares solis cursus efficit. Spir-
 italiter quoque Lunares annos habent quidam, solares
 alij, Lunares, infaustique eorum anni sunt, qui incon-
 stantis, vagæque lunæ, id est mundi cursum, prauosque
 mores sequuntur. Solares annos faustosq; illi habent,
 qui fulgentissimi solis Christi cursu & exemplo, actiones
 suas metiuntur. Verendum tamen ne in quos-
 dam verba illa Psal. 89. quadrent; *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Ut enim araneæ inanem, fragilemq;
 telam, ad muscarum capturam meditatur, & ad inuti-
 lem telam contexendam se euiscerat atque exhaerit, ita

Psal. 89.
 Anni no-
 stri sicut
 aranea
 meditan-
 tur.

no;

Suetonius
cap. 3.
Domitianus
Impera-
tor mu-
scas cap-
tabat.

nos ijs, quibus viuimus annis, aranearum telas medita-
mur, manibus negotijs, inutilibus pernitiosis que labo-
ribus vitam impendimus: ut muscas, id est, res caducas,
breuique perituras irreriamus, nos ipsos euisceramus,
atque exhaustimus. Quis non miretur Domitium
orbis Imperatorem, non armatos hostes, sed muscas in-
festantem? Intermitia principatus (at Suetonius in vi-
ta Domitiani) quotidie secretum sibi horarum sumere so-
lebat; nec quidquam amplius, quam muscas captare, ac
stylo praecurvo configere, &c. Miraris imperatorem mu-
scas captantem? mirare quoque Christi num res tem-
poris punto praeeruolantes totis viribus consecutan-
tem. Hoc igitur sit munus nostrum, hoc studium, si lu-
tem nostram toro anno, totoque vitae huius tempore
diligentissime curare, & quæ ad illam comparandam
opus sunt (quod nomen ipsum Iesu faciendum monet)
toto conatu persequi.



N O M E N I E S V I N T I T V L O
C R V C I S P O S I T V M , T O T I T E R R A-
r u m o r b i i n n o t u i s s e .

C A P V T VI.

Plut. lib.
problem.
Romani
Deum

Romanis Deum Romæ tutelarem nominare
nefas ducabant. Sic enim scribit Platarchus.
*Cur Deum illum, cuius in tutela urbem esse
dicunt, siue masculum, seu feminam est, & di-
cere & querere, & nominare nefas esset, hoc enim ita esse,*
religio.

reigione confirmant. Valerium Soranum male perisse dicentes, quod nomen inis non en efferre ausus esset. Hac ille. Huius occultationis rationem Plinius reddit: *Verrus*, inquit, Flaccus autores ponit, quibus credat, in oppugnationibus, ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus, evocari Deum, cuius in tutela id opidum esset, pro nittiq; illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultum esse. Durat in Pontificum discipina id sacrum. Constatq; ideo occultatum in causa Dei tutela Roma esset, ne qui hostium, simili modo agerent, &c.

Eandem ob causam urbis Romæ Latinum nomen occultatum refert Macrobius: Constat (ait ille) morem Romanorum fuisse, Et cum ob siderent orbem hostium, eamq; tam capi posse considerent, certo carmine euocarent tutelares Deos. Quod aut aliter orbem capi posse, non crederent, aut etiam si posset, nefas existimarent, Deos habere captivos. Nam propterea ipsi Romani & Deum, in cuius tutela Urbs Roma esset, & ipsis Urbs Latinum nomen ignotum esse voluerunt, &c.

De occultatione nominis Romanæ urbis Plinius quoque hæc scribit: *Roma nomen alterum dicere, arcana ceremoniarum, nefas habetur, optimaq; & salutari fide abolitum annunciauit Valerius Soranus, luitq; mox penas.* Solinus præterea: *Traditur, ait, etiam proprium Rome nomen, veruntamen vetitum publicari, &c.* Abu-lensis item refert nomen cuiusdam f. Iesu Dei, qui Dæmogorgon dicitur fuisse occultissimum, quo vocato, ait Lucanus terram concuti.

An ille (ait Lucanus)

*Compendiandus erit, quo nunquam terra vocato
Non concusa tremit? qui Gorgona cernit apertam.
Dubitum tamen est, an de eiusmodi dæmoni Lucanus
sit intelligendus, cuius nomen occultum fuerit. Quicquid sit, digni illi fuere fisci Dei, siue Dæmones potius,
quorum nomina perpetuo obruerentur silentio. At Deus verus sibi maximè proprium nomen I E S V S, sileti*

Romæ
tutelare
nominis
re nefas
ducebatur.
Plin. l. 28.

cap. 2.
Cur Ronani tu-
telarem
Deum
non no-
minaret?
Macrob.
lib. 3. Sa-
turnal.

cap. 9.
Urbs Ro-
mæ atiud
nomen
occulta-
batur.
Plin. l. 3.

cap. 5.
Solin. c. 2.
abul Ex-
od. 20 q. 3.
Nomen
inanis
cuiusdā
dæmonis
occultū.
Luc lib 6.

non

nou vult, aut occultari, sed ore magna cum veneracione proferri, decantari, atque laudari. Hinc apud Gentes, tot & tam multas, celebratissimum est, & quidem tot vocibus, literis, imaginibus, nummis, pyramidibus, columnis, in Pontificum, Regum, Principumq; ornamenti, in quibus augustissimi huius nominis titulo insignita salutis illa nostræ columnæ, vitæ baula, æternitatis monumentum, *Crux*.

Cant. I.

I E S V nō
mēn non
est occul-
tum, sed
oleum
effusum.
Philip. 2.

Psal. 79.

Psal. 8.

*Ser. 15 in
Cant.*

*Amb. lib
de Spiritu
Sancto*

cap. 7.

Nomen

Oleum effusum nomen tuum, ait Salomon; Odoriferum oleum, si vase conclusum est, latet, si effunditur, & apparet, & suauissimum odorem longè latèque diffundit. I E S V nomen, non concluso, sed effuso simile est oleo, quod odoris summi suavitatem non occultat, sed per vniuersum orbem spargit. Notissimum nomen est in cælis, notissimum in terris, notissimum etiam apud inferos. In nomine I E S V, ait Paulus, omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & inferorum. Antequam nomen I E S V haberet, notus erat in Iudea Deus (vt canit Yates) & in Israel magnum nomen eius. Verum postquam nomen I E S V habuit, cum eodem Vate canimus, Domine Dominus noster, quam admirabile est nōmē tuum in vniuersa terra. O nomen benedictum, exclamat Bernardus, o oleum & queque diffusum, de calo in Iudeam, & inde in omnem terram excurrit. Et Ambrosius. Christi nomen ante eius aduentum in Israel populo, quasi vase claudebatur, notus enim in Iudea Deus, postea vero per omnem creaturam diuinum suum nomen extendit replens vacua, vt esset admirabile nomen eius in vniuersa terra.

Hoc propheticus ille crucis titulus indicabat tribus præcipuis linguis, Hebræa, Græca atque Latina exaratus: I E S V N A Z A R E N V S R E X I V D A O R V M : videlicet nomen I E S V, oleum suauissimum, cælestisque odoris balsamum, ex Hebræa in Græcam, Romanamq; totius orbis principem linguam, per totum orbem effundendum.

Nomen I E S V itaque supra caput moriens habuit

Chri-

Christus. *Æquum enim erat, vt qui pro hominum salute moriebatur, salutis nomen supra caput haberet, quod mortis causam mundo indicaret. Imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptum. Hic est IESVS Rex Iudeorum.* Etenim causa cur Christus subibat mortem, hæc est, quia erat IESVS, id est, hominum seruator, & quia erat Rex, qui pro populo suo aduersus tartareos hostes voluit dimicare. *Hæc causa ipsius, vt appellat Euangelista, ipsius inquam solius.* Alij qui in crucem agebantur, propria crimina luebant cruce, Dominus luebat aliena sanguine. Alij morte plectebantur, quod homicidæ, quod fures, quod denique scelerati essent, Dominus morte afficiebatur, quod esset IESVS, quod esset hominum salvator. *Hæc ipsius solius causa.* Nemo enim p. opterea mori potuit, quod totius mundi, quemadmodum Christus, IESVS & seruator esset. *Hoc nomen supra caput moriens habuit Christus.* Idem nos cum morimur habeamus supra cor, & supra linguam, idem corde, & ore terribili illa voluamus hora, hoc oleum in fluctus mortis tumentes effundamus. Sic S. Virginem Euphrasiam, cùm diem mortis sibi imminere cognouisset, huiusmodi precatione vsq; legimus: *Cur Domine abominaris me peregrinam & orphanam? cur me despicias pie IESV?* Ecce nunc tempus adest, quo configere me oportebat cum improbo dænone, *& anima mea a me repetitur.* Miserere mei Domine IESV C H R I S T E, & patere me adhuc annum unum permanere in hac vita, vt plangam peccata mea. Sum enim Domine expers pænitentiæ & omni pietate destituta. *Nemo in inferno confitebitur tibi,* non est in sepulcro pænitentia, non possum post mortem quicquam lacrymis proficere: *sed viuens confitebitur tibi,* *& laudabit N O M E N S A N C T U M T U V M.*

Nomen IESVS quippe sacra est mortalium anchora, ac præsidium. In tentationibus igitur, doloribus, periculis, miseræque huius vitæ tempestatibus, IESVM in-

Iesv Chri-
stus mo-
riens su-
pra caput
habuit.

Matt. 27.

Causa
mortis
Christi
fuit, quia
Iesv
erat, id
est, salua-
tor.

Nomen
Iesv tan-
quæ oleū
ad fluctus
mortis
sedandos
valet,


Esa. 38.

Nomen
Iesv sacra
anchora.

D. Bern.
Ser. 15. in
Cant.

Laur. Iu-
stin. ser.
de Cir-
cumcis.

uocemus, & ad sacram hanc anchoram confugiamus.
*Cui (ait Bernardus) in periculis palpitanti & trepidanti
innocatum virtutis nomen, non statim fiduciam praestitit,
depulit metum? Cui in aduersis diffidenti, iam iamq; defi-
cienti, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Trista-
tur aliquis nostrum, veniat in cor IESVS, inde saliat in os,
& ecce ad exortum nominis, lumen reddit serenum. Primus
Venetorum Patriarcha Laurentius Iustinianus: Si ten-
taris (inquit) a Diabolo, si ab omnibus hominibus oppri-
meris, si conficeris aegritudine, si doloribus fatigaris, si blas-
phemia seu desperationis agitaris spiritu, si concuteris for-
midine, si dubietate pulsaris, I E S V nomen edicito. In ar-
duis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in solitudine,
in fluctibus, & bicumque extiteris, salvatoris profer nomen,
non ex ore tantum, sed etiam ex corde. Cordis tui prius af-
fectum praebe, ut recte labiorum confessionem exhibeat.
Hac ille.*



NOMEN IESV MUNDO MA- NIFESTATVM FALSORVM DEO- rum nomina culturamque aboleuit.

CAPVT VII.

Deus
Deorum
inanum
nomina
obruit.



Cultabant Romani, ut superiori capite
ostensum est, Dei tutelaris nomen, Deus ve-
rò non tutelaris solum, sed omnium quibus
seruiebant Deorum nomina, iam obruit;
omen verò I E S V roti orbi patefecit. Iacet Louis Capi-
tolini

tolini nomen : iacet nomen Apollinis, Mercurij, Saturni, Iunonis, Diana, ceterorumque dæmonum, nihil honoris, nihil venerationis habent. Quid hoc est ô Roma, terrarum magis nunc religione, quam olim armis domina? quæ venerabatis nomina, pessandas? quæ colebas, conspuis? Respondentem illam audire videor. Postquam ad me cælestis olei, suauissimumque balsami, id est, sanctissimi nominis IESV peruenit odor, fætidissima idolorum nomina ferre non potui. Noctuæ ac vespertilioes noctu volant, ubi primum verò sol fugiet, auolant omnes, atque disparent. Noctuis, vespertilionibusque similia idola erant, quibus diuinum cultum, heu, Dei in scia, exhibebam; at, cum primum splendidissimus veluti sol, IESV nomen illuxit, auolârunt omnia atque disparuerunt, iuxta illud Isaiae. *In die illa proieciet homo idola argenti sui, & simulacra auris sui, quæ fecerat sibi ut adoraret talpas & vespertilioes. Illud mihi summa Dei misericordia euenit, quod Oseas vaticinatus est.*

et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. Heu plenum erat os meum Baalim, id est, idolorum nominibus, hæc ore, menteque versabam, hæc inuocabam. Sed abstulit Dominus de ore meo turpissima nomina; dulcissimoque IESV nomine illud compleuit, ut veluti electionis vas, quod de Apostolo Paulo dictum est, portet nomen melle suauius contram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Nomen meum Romani olim occultabant; quod illud fuerit ignoro; unum hoc mihi est compertum, præclarissimum nomen meum multis fuisse seculis occultatum. IESV nomen præclarissimum mihi nomen attulit, Christi nomen maximum mihi nomen dedit. Christiana sum, hoc mihi est à Christo nomen præcellentissimum; sedes Christi sum, sedes Petri sum, Christianæ religionis caput sum, omnium Christianorum mater, & Magistra sum. Hæc occulta erant in Scrinijs Dei nomina gloria, quibus omnibus IESVS meus me exornauit.

Isa. 2.

Ose. 2.

Roma
nomina
Baalim
ex ore
proiecit,
nomen
IESV tan-
quam vas
electio-
nis por-
tat.

Act. 9.

Esaï. 4.

Quisfructus ex genuflexione proueniat, & contra.

Exod. 33.

Exod. 8.

Ambros.

Persequitiones nō propter Dei, sed Iesu nomen sunt excitatae.

Exod. 8.

Exaggeratio iu-

Deus apud Esaiam inquit : *In memetipso iuravi, egredietur de ore meo Verbum iustitiae, & non reuerteretur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* Ex quo patet, nostra, non Dei interesse, quod hæc ei fiat genuflexio, nullum enim in eum ex ea redundat bonum, sed in nos, qui Deo humiliati, ab eo bona accipimus. Hinc illud : *Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.* Hinc contra Pharaonem inuehitur : *Vsquequo non sis subiici mihi?* Hinc omnes plagæ, & vniuersa eius mala : hinc omnia nostra, quod uero non plenè subiçimur, quod eidem utrumque, hoc est, intellectus & voluntatis nostræ rebelle genu constanter minimè flectimus. Ut verò omnis creatura Deo genu flecteret, nihil non molitus est, & innumerabilia eius opera in hunc finem tendebant, multaque in hunc finem summæ maiestatis nomina usurpauit, sed nunquam illud assequutus est, donec nomen Iesu ei est impositum, illudque impleuit homo factus. Propterea Ambrosius enarrans illud : *In nomine IESV,* erat : *Multa Domine fecisti pro me, & non genu flexi. Fecisti me, & fecisti mundum propter me, Dominum orbis me constituisti, & non genu flectens adorauite.* At postquam te vidi pro me humiliatum, plagatum, crucifixum, stare non potui, sed tanto pondere amoris vinctus in terra prostratus, adorauite. Fuit quidem principio nomen hoc signum, cui contradiceretur, quia propter Dei nomen nulla fuit in mundo orta persecutio, sed propter nomen Iesu, omnes Ecclesiæ tempestates, & procellæ extortæ sunt. Hoc nomen fuit scopus, in quem omnes mundi sagittæ directæ sunt. Sed adeò potens hoc nomen fuit, ut vicerit omne mundi numen, & ad se traxerit omnia numina, & fuit simile virgæ Moysi, quæ omnes serpentes deuorauir, & illa una relicta est, quia omnia idola destruxit, & exaltatum est nomen eius solius.

Ut verò intelligas, qualiter hoc factum sit, attende. Ante Dei in caru aduentum fuit in mundo diuinitas

velut

velut in mille partes diuisa, atque disiecta, de qua re latissimè egit Porphyrius & Eusebius Cæsariensis. Vniversi Deum, *Pan*, id est, totum dixerunt, super cælos *lumen*, super Solis igneam virtutem posuerunt Deum *Apollinem*, super Lunam *Dianam*, super ignis edacem virtutem Deam *Vestam* constituerent. Super aërem ponebant *lunonem* Deam, super aquas Deum posuere *Oceanum*, qui etiam dictus est *Thetys*. Super aquas dulces Deus *Achelous* erat: super aquas maris *Neptunus*; fluviorum particulares Deæ *Nymphae*, maris verò *Nereides*. Super terram posuerunt Deam *Vestam*, quia herbas, floresque producit, quæ sunt velut vestes & ornamenta terræ. Super lapidosam & montanam terram posuere Deam *Rhaam*, quam Latini dixerent *Opem*; super terram planam, & fructiferam *Cererem*; super semina Deam *Persephonem* seu *Proserpinam*. Plantarum Deum *Dionysium* dixerent, quem Ægyptij dicunt *Irim*, & *Ostirim*, qui erat *Bacchus*, ut Plato ait in Cratylo. *Atim* super flores, *Adonidem* super fructus. *Martem* Deum bellorum dixerent, *Venerem* & *Cupidinem* amorum. *Mercurium* super orationis, & interpretandi vim, de quibus multa Plato, & ante eum Hesiodus libro de Genealogiâ Deorum. Hinc in diversis indigentij ad diuersa numina currebant, eis flectentes genua. Sapientiam petebant à *Minerua*, quam de Iouis cerebro natam dicebant, iustitiam à *Nemesi*, regnum à *Ioue*; nuptias felices ab *Hymenæo*, prosperam nauigationem a ventis *Astreis*, *Titanis* & *Aurora* filijs, gratias à *Venere*, quæ sic dicitur quasi omnia venustans, vel ad omnia veniens, ut Ciceroni placet. Et ad eam dementiam deuenere homines, ut perniciosis rebus numina dederint, & sacra instaurârint. *Febri* enim fanum publicè in palatio Romani dedicârint, & aram *mala fortuna* in exquilijs, ut Plinius est auctor. Et ad hanc deuenere insaniam, ut scelerum & furorum voluerint assignare numina: & horum omnium simulacra effingentes, sacra eis instau-

perioris
senten-
tiæ, &
clucida-
tio.

Apud gê-
tiles om-
nibus re-
bus pecu-
liares Dij
constitu-
ti fuere.

Etiâ per-
niciose
res sua
habuere
numina.

rârunt, ipreto vnico Deo, à quo omnia. Et vt Plinius iocatur, cæpit quisque sibi componere suos *Ioues*, *Iunones*, *Veneres*, *Genios*, *Lares*, *Penates* qz. Et in inferno quoque Deos inuenerunt, quos colerent, dæmones ipsos, torquentes homines. *Ditem*, *Plutonem*, & *Cerberum* tricipitem. Ecce quibus mundus genua flectebat, ante Dei aduentum in mundum : ex quo etiam perditissimi mores, & omnis eorum corruptio in mundum introducta est.

Quantū
mali sit
inde con-
sequutū.

Rom. 1.

Quæ bo-
na ex IESV
in mun-
dum in-
gressu
conse-
quuta.

Iac. 1.

Psal. 106,
Matth. 4.

Rom. 10.

Cum enim Deos suos haberent scelerum inuentores, & patratores, quid eorum exemplo non faceret effrænata libido ? De quibus latè disserit Paulus : *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis* : Tradidit illos Deos in reprehenum sensum, Et faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniustate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione dolo, malignitate, &c. Ecce qualis mundus ante Christi aduentum. Ingreditur ille mundum, assumit nomen IESVS, quod significat vniuersale remedium omnium, ut ei soli omne genu flectatur. Iam qui indiget sapientia, postulet, non à Minerva, sed ab eo, qui est sapientia Patris, & dat omnibus affluenter, & nulli improverat. Qui vitam, & sanitatem desiderat, non Apollinem, aut Aesculapium imploret, sed eum, de quo scriptum est : *Misi verbum suum*, & sanauit eos. Qui iter prosperrum, in terrâ, ac mari, non Aëolum, & Astraos, sed eum adeat, qui ventis & mari imperat, & obediunt ei. Qui fruges vberes, non Cererem aut Bacchum, sed eum, qui quinque panes multiplicat, vinum in aquam conuertit. Qui diuitias, non Plutonem, fæcum terræ Deum, sed eum, qui est *dives in omnes*, qui inuocant illum, in quo omnes thesauri, qui suos etiam hic munera novit centuplo. Qui aquam, non ad Oceanum, aut Nymphae, sed ad fontem viuum, cuius qui biberit aquas, non sicut. Qui optimas nuptias, non ad Hymenaeum, sed ad eum, qui naturam humanam coniuxit diuino suppo-

sito.

sito. Qui delicias; non à Venere & Cupidine, sed ab eo de quo dicitur, *delectationes in dextera tua & que in finem, qui torrente voluptatis sua potat suos. Qui regnum; non à Iose, sed ab eo, qui ait: Ego dispono vobis regnum. & qui dicturus est: Venite benedicti, percipite regnum. Ad nullum ergò aliud numen nobis eundum, nulli alteri genu flectendum. Ille, est Manna omnem continens saporem, quo tu indiges, illud tibi Christus erit. Hoc significat nomen I E S V S vniuersale remedium, quod omnia dicta complectitur. Ecce iam impletum est iuramen um Dei: Mibi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua.*

Psal. 15.

Psal. 35.

Luc. 22.

Matt. 25.

Sap. 18.

Esai. 4.

Hæc verò numinum attractio ad I E S V M manifestè apparuit, cum hoc nomen I E S V S cœpit in mundo prædicari. Nam Diij qui ante colabantur, & responſa ex idolis dabant, continuò siluerunt, ablatâ ab eis omnimodâ dominandi potestate, & loquendi mortalibus sub Deorum persona, quod non solum modò videmus, sed & ipsi eorum cultores admirantes fatentur. Porphyrius scripsit librum de oraculis deficentibus, & inter alia dicit:

Oracula
Idolorū
continuerunt.

Porphyrius.

*Ablata est Pythiæ vox, haud renocabilis ullis
Temporibus longis: etenim ium cessat Apollo,
Clauibus occulatis silet, ergo ritè peractus,
Discedas patria, & redeas ad limina, sacris.*

Et Plutarchus in eiusdem libri titulo, cum inquit: *Dicerem ad Cleombrotum: Narrā o amice, si placet, cur oracula de quibus tanta dicebatis, extincta sunt, tacente illo præ pudore. Quid oportet (inquit Demetrius) de illis quarere, cum omnia hic ferè prater unum defecisse proficiamus. Sed & in Bœotia multi uocæ dicta propter multitudinem oraculorum, omnia quasi aquarum fluenta, desiccata sunt. Et addit Plutarchus vocem delatam ex Ecchinadibus insulis tempore mortis Christi, magnum Pana mortuum esse, quia eius extincta vis: quod audiens Tiberius Cæsar, examinatis testibus in archiuis*

*Suidas.
Respon-
sū Apol i-
nis Del-
phici ad
Augustū.*

regijs depositionem collocauit. Suidas in Augusto refert, Augustum obtulisse hecatomben Apollini Delphico (quod erat sacrificium solenne centum boum) interrogasseq; quis eius successor foret, non respondit. Instaurato iterum sacrificio, interrogauit, cur non responderet, tunc respondit.

*Mepuer Hebraus Dtuos Deos ipse gubernans,
Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum.
Aris ergo dehinc tacitis abscede nostris.*

Et ob hanc caussam rediens Augustus Romam, in foro Capitolij templum ædificauit, & altare hoc titulo, **ARA PRIMO GENITO DEI.**

*Eutropius
Oros. li. 6.
cap. 16.
Innocent.
ser. 3. de
Natis.
Christi.*

Addit Eutropius, & Orosius, & Innocentius Papa, Sibyllam Augusto demonstrasse in sole Virginem cum filio, quem Deum esse dixit, & adorare, ut Deum præcepit. Cessauit ergo Oraculum Delphicum, Pythium, & omnia alia, & eorum nunc sunt diruta templa, Christi verò ædificata.

*Luc. ii.
Matt. x.*

Et Porphyrius in libro quem 'contra nostram religionem edidit, ait: *Nec miremur, si iam multis annis ciuitas peste vexatur, cum Æsculapius, & alii Di longè sint ab eâ: ex quo enim I E S V S colitur, nihil utilitatis, à Diis consequi possumus.* Mira veritatis vis, ut spiculum quod contra nos acerrimus hostis dirigit, in dirigentem vi veritatis versum sit. Si Di cesserunt I E S V, ergo hîc fortior, fortior ergo superueniens fortem ligavit, Deditq; discipulis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutem inimici.





IN NOMINE IESV PETENTES,
A DEO EXAUDIMVR.

CAPVT VIII.

Documentum vtilissimum ab ipsomet Iesu Christus Christus seruatore nostro traditum, & discipulis suis præscriptum. Cum enim eos de cuit in imminentे sibi morte tristes, mōrientesque nomine videret, nouo argumento eos consolatus est, quiduē suo orare in ipsius absentia seruare deberent, præscripsit, dicens: *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in NOME MEO, dabit vobis;* ac si diceret; Non me semper præsentem habebitis, quamuis dixi, ite uim videbo vos; sum enim ad Patrem iturus; propterea tamen aliquid vobis defuturum ne timeatis, certissimam enim rem affirmo, ac vos securissimos facio, quicquid Patrem petieritis mei ratione, & propter me, vos ab eo impetraturos. Attende in nomine Christi Patrem orare, non aliud esse, quam petere à Patre; pro ratione, & causa im petrandi ipsum Christum proponentes: ut enim Deus propter Christum nobis bona tribuit, quia ratione iustitiae, & meriti ipsius nobis benefacit; ita & nos propter ipsum petimus, quando non merita nostra, nec aliquid nostrum tanquam causam, & rationem obtinendi, sed ipsum Christum, ipsiusque iustitiam, & meritum proponimus: hæc causa impetrandi efficacissima est apud Patrem.

Quid verò sit in NOME CHRISTI petere; exactiori inquisitione dignum est. S. Gregorius Euangelium

Io. in. 16.

Quid sit
Patrem
in Christi
nomine
precari.

*Gregor.
hom. 27.*

hoc exponens, in nomine Christi petere, idem esse asserit, atque ea, quæ ad salutem spiritualem pertinent, petere, quandoquidem nomen Christi *saluator* est: qui igitur, quæ contra propriam salutem sunt, petit, non in eius nomine petit; qui autem, quæ salutis sunt, petit, in nomine Christi, qui *Iesvs* vocatur, petit. sic Gregorius exponit hæc; in *NOMINE MEO*. Eius verba sunt hæc:

*Si omne quod petimus in nomine filii, dat nobis pater, quid ergo est, quod Paulus ter Dominus rogauit, & exaudiri non meruit, sed dictum est illi, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur? nunquid ille tam egregius predictor, in filii nomine non petuit? Quare autem non accepit quod petuit? Quomodo ergo verum est, quia quicquid petierimus patrem in nomine filii, dat nobis pater: si afferri a se angelum Sathanæ petuit Apostolus in nomine filii, & tamen quod petuit non accepit? Sed quia nomen filii *IESVS* est, *IESVS* autem *Saluator*, vel etiam *Salutaris* dicitur: ille ergo in nomine *Saluatoris* petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet. Nam si id, quod non expedit, petitur, non in nomine *IESV* petitur pater. Vnde & eisdem Apostolis adhuc infirmantibus dominus dicit, & sicut modo non petitis quicquam in nomine meo. Ac si aperte diceretur, non petitis in nomine *Saluatoris*, qui nescitis quarere aeternam salutem. Hinc est quod & Paulus non exauditur, quia si liberaretur a tentatione, ei non prodeffet ad salutem. Ecce vidimus fratres charissimi, quam multi ad solemnitatem martyris conuenistis, genua flectitis, pedes tunditis, voces orationis ac confessionis emittitis, faciem lacrymis rigatis. Sed pensate quas oportiones vestras, videte si in nomine *I E S V* petitis, hoc est, si gaudia salutis aeterna postulatis. In domo enim *I E S V*, *I E S V M* non queritis, si in aeternitatis templo importunè pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit uxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, aliud dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cum hac desunt, ab omnipotente Deo petenda sunt. Sed meminisse continuò debemus, quod ex*

man-

mandato eiusdem nostri redemptoris accepimus. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiijcentur vobis. Et hac itaque à IESV petere, non est errare, si tamen non nimis petantur. Sed adhuc, quod est gratus, aliud postulat, mortem inimici, eumq; quem gladio non potest persequi, persequitur oratione. Et si uult adhuc qui maledicitur, & tamen is qui maledicit, iam de morte illius reus erit. Iubet autem Deus, ut diligatur inimicus, & tamen rogatur Deus, ut occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat, in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Vnde & sub Iudea specie dicitur, fiat oratio eius in peccatum; oratio autem in peccatum est, illa petere, quæ prohibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit, cum statis ad orandum, remittite si quid habetis in cordibus vestris. Hæc D. Gregorius. At quamvis verum sit, quæ petuntur non ea esse debere, quæ saluti contraria sunt, id tamen non satis est, ut aliquis in nomine Christi petere dicatur: nam & Apostoli aliqua petierant, quæ non erant saluti contraria, & tamen dicit Dominus; Usque modo non petistis quicquam in nomine meo, petierant multi Christi aduentum præuenientes, ea quæ saluti necessaria erant, non tamen in nomine Christi petuisse dicuntur. D. Augustinus præter hoc unum adiungit alterum; Ut in fidere etiā Christi petatur; qui igitur, quæ salutis spiritualis propriè sunt, rectam Christi fidem habens petit, in eius nomine petere dicitur. Atius igitur, Nestorius, Eutyches quæ petebant, non in Christi nomine petebant, quia de Christo non rectè sentiebant. Tamen etiam hoc non satis esse videtur; cum & Apostoli rectam fidem habuerint de Christo, & tamen eis dictum est; Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Cyrillus & Chrysostomus aliud addunt, quod rem explicat, nempe uti mediazione Christi apud Patrem. In cuius sententiæ expositione quia legitima est, sciendum est; duo in petitione concurrere, præter eum qui petit, & illum quem petit, nempe quod petitur, & ratio impetrandi quod petitur. Verbi

Matth. 6.

Matth. 5.

Psal. 108.

Non sufficit saluti contra-
ria non
petere,
nisi etiam
sint ad sa-
ludem.

S. Aug
tract. 102.
in Ioan.

Cyril. lib.
ii. cap. 7.
& Chrys.
hom 78.
Duo in
oratione

gra-

concur-
runt: Id
quod pe-
titur, &
ratio im-
petrandi
quod pe-
titur.

Christus
oratur, &
propter
quem
oratur.

Modus
orandi
Deū per
Christū
est effi-
cax.

gratia; pauper accedit ad diuitem eleemosynam petens propter Deum; pecunia est quae ab homine petitur; Deus est, qui ut ratio, & causa impetrandi proponitur. Orabant etiam olim iusti Iudæi Deum dicentes, propter Abraham amicum tuum: hi auxilium petebant a Deo, rationem autem & titulum impetrandi adserebant Abraham: quasi dicerent; nos sumus filii Abr. haec amici tui, ad nos iuuandum moueat te amicitia Abrahæ patris nostri. Multa sunt huiusmodi exempla: quamvis non semper ratio hac impetrandi sit aliquid extra eum, quem petimus: Persæpe enim somus & Deum, & homines rogare, & rationes impetrandi ab ipsis met sumere: cum dicimus, *rogo te Domine propter bonitatem, propter misericordiam tuam: hac te moueat ad exaudiendum.*

Sciendum rursus est, Christum, & esse eum, quem petimus, quando orationes nostras ad ipsum dirigimus, dicentes: *Domine IESV respice in nos, & adiuua nos, & parce peccatis nostris:* & esse etiam eum, propter quem petimus, quando nempe orationem ad Patrem dirigimus, & rationem impetrandi Christum facimus, dicentes, *Domine adiuua nos propter filium tuum Christum IESVM.* Vtique modo oramus, & orat Ecclesia, sed hoc modo posteriori dicitur in nomine Christi petere. Loquimur autem de Christo, ut homo, & mediator, ac redemptor noster est. Sic enim in nomine eius petimus; ut autem est Deus, is est, quem petimus una cum Patre & Spiritu sancto: hoc est, quod Ecclesia frequentissime facit. Memor enim huius Dominici mandati; expositis his, quæ a Deo petit, & orat, adiungit, *Per Dominum nostrum IESVM Christum:* hoc est, in nomine eius petere. Est autem efficacissimus titulus hic impetrandi a Patre, propter duo maximè. Alterum est, summa dilectio, qua Pater Christum prosequitur: solet enim etiam apud nos multum valere amicorum dilectio, & quod propter ipsos etiam absen-

tes,

tes, & mortuos rogāmur, promptè facimus: quod si dilectio Abrahæ, Jacob, Isaac, Dauid, etiam mortuorum, potens erat ratio impetrandi, multò magis efficax erit apud Deum eximia dilectio, qua suum vnicum diligit filium. Alterum est iustitia iphus Christi, & meritum: morte enim, & passione suā nostram obtinuit redēptionem, pro omniumque culpis abundantissimè satisfecit, & omnium, quæ à Patre impetranda & petenda erant, soluit preium. Qui igitur Deum orat, & non virtute propria nititur, nec iustitiam propriam impetrandi causam & titulum Deo proponit, sed virtutē, iustitiam, meritum sati factiōē Christi vnigeniti filij sui, iste in nomine Christi, & quidem efficaciter petat. Et hoc est, quod Dominus suis mandauit, nouum iam statum à veteri distinctum insinuans: illi enim antiqui propter Abraham, Isaac, & Jacob, orabant Deum, & impetrare sperabant, quæ petebant, eratque Deo illocutum grata oratio: at sublimior status noster est, quando propter vnigenitum filium Dei, mediatorem nostrum, in cælis regnante petimus & oramus.



IN NOMINE IESV SIGNA, VIRTUTES ET MIRACULA FIERI.

CAPVT IX.

MAGNA præterea miracula, & mirabiles effectus, huius sanctissimi Nominis virtute perpetrata sunt in Ecclesia Christi, multò plura & maiora, quam in alterius diuini no-

Virtute
nominis
Iesu sunt
miracula.

minis inuocatione. Hoc insinuâsse videntur Apostoli, in Cenaculo congregati propter metum Iudæorum, vbi orantes, & affectuosissimè desiderantes glorificationē, & exaltationem sancti nominis Iesu dicebant. *Et nunc da seruis tuis, cum omni fiducia loqui Verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri, per nomen sanctum filii tui I E S V.* Multa quidem, & magna signa, & sanitates, atque prodigia fecerat Deus antiquis temporibus, quando sanitati restituit Mariam sororem Moysi, Ezechiam Regem, & Nahan Regem Syrum, quando diuisit mare rubrum in diuisiones, Esai 38. traduxit Israël per medium eius, quando Jordanis imperium conuerxit retrosum, quando manna pluit filiis Israël Exod. 14. in solitudine, quando per manus Heliæ & Heliæ mortuos Ios. 3. suscitauit, quando per manus Moysi misit signa, & prodigia Exod. 16. g̃ia in medio Ægypti; sed nouissimè in diebus istis, quando misit filium suum natum ex Virgine pro redemptione humani generis, multò magis extendit omnipotētē Exod. 7. 8. tem manum suam ad facienda signa, & prodigia nouas, 9. &c. atque haec tenus inaudita, per inuocationem, & virtutem huius sanctissimi nominis I E S V: in quo nomine, Hebr. 9. sicut constat ex Euangelio, eiiciuntur demonia, fugantur serpentes, venena mortifera vim nocendi perdunt, & amittunt, sanantur morbi omnes, peccata remittuntur, iustificantur animæ, & salutem æternam confiduntur, Marc. 16. Neque enim aliud nomen est sub calo datum hominibus (vt S. Petrus dixit) in quo oporteat nos salvos fieri, nisi in nomine Domini I E S V. Vnde sicut aliqui sanctorum Patrum affirmant, vniuersa miracula, quæ in Ecclesia Christi fiunt omnia inuocatione, & virtute nominis I E S V fiunt. Semper I E S V nominatur, ait Chrysostomus, quando à sanctis viris miracula fiunt. Profectò nomen I E S V, omnipotentiam quandam habet, ita, vt eius virtute omnia mirabilia fieri possint, Omnipotens nomen eius, vt dicitur in Cantico sororis Moyssi. Et quemadmodum Deus ipse omnipotens est,

& apud

& apud quem non est impossibile omne verbum, ita etiam nomen sanctum eius, quod est nomen I E S V, omnipotens est ad omnia mirabilia perpetranda, quæ necesse sit fieri, ad salutem corporis & animæ, totius humani generis. Quod etiam insinuasse videtur beatissima Virgo Maria in illo sub mirabili cantico, inquiens : *Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.* Deus enim omnipotens, magna & mirabilia operatus est in Virgine, tam in Incarnatione, quam Natiuitate Christi : sed omnia illa operatum est, & sanctum nomen I E S V, quod æqualem virtutem, atque omnipotentiam habet. Atque adeò restat, ut dicamus cum Esaiâ Propheta : *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adiuuentiones eius : mementote, quoniam excelsum est nomen eius.* Ex celsum planè, & eleuatum supra omnia diuina nomina in maiestate, & gloria, in suavitate & dulcedine, in virtute signorum & prodigiorum. Est enim *Nomen verè super omne nomen*, hoc superexcelsum nomen I E S V Christi Domini Dei nostri. Sed iam exempla quædam proferamus : De S. Euphrasia Christi Virgine memoria proditum accepimus, quod cum post quadraginta quinque dierum sub dio stationem, debilitata in terram instar mortuæ corruisset. Abbatissa cibum illi offerens dixerit : *Filia mea Euphrasia, sume hanc escam in nomine Domini mei IESV CHRISTI.* Quod cum illa fecisset, vires receperit. S. Theodorus Siceorum Archimandrita plura miracula diuini N O M I N I S inuocatione perpetrauit, quorum aliqua hic referam ; Puer, qui nullo modo poterat ambulare, à matre oblatus est sancto Theodooro : qui pro illo Deum obsecrans, paruimper ab illa discessit, & aduocauit eum, dicens : *Venipuer ad me IN N O M I N E D O M I N I.* Puer autem, relictâ matre, statim ad virum sanctum accessit. Et reddidit eum matri sanum, laudanti Deum. Eadem viro sancto iter agenti, ciues quidam supplices occurserunt,

Nomen
I E S V om-
nipotens,
sicuti ipse
est omni-
potens.

Luc. I.

Isa. 12.

Phil. 2.

*Sur. tom.
2.13. Mar.*

*Sur. tom.
2.22. Apr.*

*Claudus
sanatur.*

Item mu-
tus.

Item pa-
ralyticā.

Febris
pellitur.

Puer moribundus
incolu-
mis redi-
ditur.

terunt, obsecrantes, vt in oppidum suum ingredieretur. Erat illic adolescens oris titubantia propè mutus & e-linguis. Ingressus autem vir beatus in oppidum, iussit, vt se in Ecclesiam sequeretur : & cum diuina mysteria distribuisset, præcepit, vt adolescens accederet : & pro illo precatus Deum os illi aperuit, & tec insufflavit: cumque illum signo crucis obsignasset, sanctum Christi corpus impertivit : *In nomine, inquiens, Domini IESV CHRISTI loquere* : & Dei gratia statim locutus est, dicens, *Amen*. Ad eundem sanctum virum quidam mulierem paralyticam iumento impositam adduxerunt: qui iussit, vt illam in monasterio deponerent. Biduoque post ad monasterium profectus, & in Archangeli templum ingressus, iussit, vt ad se mulier adduceretur, manusque suas ad gradus cancellum extenderet. Et diu pro ipsa precatus, accepit oleum lucernæ semper ardantis, & paralyticæ frontem vnit, & manus ac pedes : *In nomine, inquiens, Domini nostri IESV CHRISTI, morbos omnes expellentis, conualefce, & domum tuam leta reuertere*. Et statim sponte sua deambulauit, laudans Deum. Quidam fabrum praefectus contra mandatum c. rnem comedens, in febrim incidit, iacebatq; semimortuus : & de vita illius nulla iam erat spes. Quem idem B. Theodorus morbo liberatus, eiusmodi compellauit verbis : *Surge in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, & opus perfice, & deinceps mandatis obtempera*. Precante igitur sancto viro, & manus suas super ægrotum imponente, statim conualuit : & eadem die turgens, cœpit reliquum opus absoluere. Idem domum quandam ingressus, videntes puerum patris familias morientē, Christum Deum nostrum mortisque Dominum, obsecravit, vt animam in ipso retineret, eumque parentibus viuum & incoluem largiretur. Et cum obsecrandi finem fecisset, adspexit puerum, & allocutus est. At ille oculos aperuit, & intendit eos: sed respondere non potuit,

quo-

quoniam lingua eius erat impedita. Rursum igitur caput inclinans Dei seruus Dominum precabatur, ut integrum pueru sanitatem daret: & facto precandi fine, allocutus est puerum: Comita, inquiens adspice, & dic, quomodo te habes, & patri tuo responde, ne propter te dolore afficiatur. Aperiens igitur oculos iterum puer, & eos intendens, respondit ad interrogata. Tunc signans illi frontem, & manus, & pedes, dextera illum apprehendit: *In nomine, inquiens, Domini I E S V C H R I S T I, qui Centurionis morientem puerum suscitauit, surge & sta sanus: idem enim tibi quoq; vitam nunc elargitur.* Iussit autem, ut illi daretur cibus, & comedit.

Idem paralyticam sanaturus, sic orauit: *Deus sanitas Paralyticum elargitor, & agrotantium medice, qui paralyticum cura- rasti, medere & huic ancilla tua, & ab ea paralysim ex- tur.*

pelle, & sana discedat ad gloriam & laudem sancti N O M I N I S tui. Et signans illam excitauit, oleoque inunxit: statimque cœpit deambulare, Deum laudans, & diuinorum Christi mysteriorum particeps effecta, discessit in columis, atque omnibus miraculum nunciauit.

Quidam paterfamilias ex oppido Allectoria, ferum bouem habuit, qui iugum detrectabat. Duxit igitur illum ad monasterium, & rogauit beatum Theodorum, ut signo Crucis bouem obsignaret, quod feritatem deponeret. Et cum vir sanctus ad eum venisset, bos hoc illuc caput mouens anhelabat: cuius ille cornua comprehendens, precatus est Deum, ut bos, feritate deposita mansueretur. Et signans eum, dixit: *Frac- cipio tibi in C H R I S T I N O M I N E, & ab ira desi- stas tua, & subeas iugum in mansuetudine, quam tibi Deus tribuit, & domino tuo pareas.* Cum hæc dixisset vir sanctus, bos statim iram feritatemque depositus: & cum inde esset abductus collum iugo facilè subiecit.

Cum aliquando prædictus S. Theodorus ad pontem, Aliud mi- qui Tantaendia dicitur, peruenisset, Phentinus qui- raculum.

Fer⁹ bos
mansue-
scit.

D
dam

dam caupo obuiam illi misit, qui eum rogarent, ut in hospitium suum ingredi vellet, tibiique benedictionem relinquere. Iacebat enim semimortuus multo iam tempore, & facies eius post tergam erat distorta. Ad eum igitur S. Theodorus ingressus, caussam quæsiuit, quamobrem id ei contigisset. Cui ille respondens: Cum essem, inquit, dextra diuersoriū, venit canis quidā niger, & coram me hiauit: quamobrem ego quoq; inuitus idem feci. Cumque ap̄le statim euauisset, ego in febre: n incidi, faciemque distorsi. Verum si tu, serue Dei, aliquid potes, adiuua me. Nam cum & greges armentaq; mea interirent, posteaquam tu pro me preces fudisti, ne vnum quidem animal periret. Hæc ille cum dixisset, pro ipso precatus Deum beatus vir, ter in eius faciem insufflavit: & aquæ benedicens, dedit ei: Accipe, inquiens, Et hæc te aqua consperge. Quod enim vidisti, dæmonium erat. Sed in CHRISTI NOMINE, cum reuertemur à prectione, tesanum & incolument inueniemus.

Paralyticus sanatur.

*Surius
tom. 4.
Impedita
lingua sanatur.*

Marc. 7.

Idem paralyticum curaturus, cum benedixisset oleo, faciem eius, & manus, & pedes, & reliqua omnia corporis eius membra dissoluta inunxit, & sic eum allocutus est: *Tibi dico, adolescens in nomine Domini nostri IESU CHRISTI surge. Et stas anus, ne propter te pater tuus doleat.* Cumque ille caput sustulisset, manum ei vir sanctissimus potrexerit, & excitauit: precibusque super ipsum adhibitis, sanum patri reddidit.

Vir quidam adeò impedita erat lingua è nimia corporis inualetudine, ut verba nulla posset proferre. Is ad virum Dei S. Disibodus ex longinqua regione veniens, nutibus & manuum indicijs, prout potuit, lachrymabundus eum orabat, ut apud Deum suis precibus tanto incommodo remedium impetraret. Tum vir pius pro illo orans, & gratiam Dei sibi adesse sentiens, Dominici exempli recordatus, in os hominis insufflavit dicens: *In NOME illius, qui dixit olim muto, Ephera, Et ille*

ille loqui capit, tibi præcipio vinculum infirmitatis, quod hominis huius linguam eneruasti, & dissolvari, nec deinceps, quo minus oqui posset, ullum ei praestes impedimentum. Dixit, & mox lingua illo nexu expedita, articulatè humanas depromxit voces, gratiasque egit Deo, & beato Disibodo.

Mira sunt, quæ S. Gregorius Turonensis refert, lib. de Vita Patrum cap. 10. Quodam enim die cum, reliquis in segete culmos incidentibus, manipulos colligaret B. Friardus, examen mirabilium atque sauarum muscarum, quas vulgo vespas vocant, reperiunt. Cumque acerrimè messores emissis aculeis lacerarent, vndique circumneuntes messem, locum illum, in quo hæ adunatae erant, transiliunt, atque irridendo B. Friardum alloquantur dolosè, dicentes: Veniat benedictus, veniat religiosus, qui orare non desinit, qui Crucem auribus & oculis semper impoñit, qui vijs iunctis sui salutaria vexilla præmittit: ipse metat super examen, ipse illud sua oratione mitescat. Tunc quasi ad confusionem Dominicæ virtutis hæc verba suscipiens, prouolutus terræ, orationem fudit ad Dominum: & accedens, facto desuper signo Crucis, ait: *Aduitorium nostrum in NOME DOMINI, qui fecit celum & terram.* Ad hanc eius orationem confestim omnes vespæ se intrâ antrum, vnde egressæ fuerant, abdiderunt. Ille vero spectaculum omnium factus, messem statim illæsus collegit. Quod non sine miraculo irridentibus fuit, eo quod Dominus in se sperantem, ad confusionem eorum sic dignatus fuerit roborare. Denique post hæc cùm in arborem pro quadam necessitate ascendisset, subito, colliso sub pedibus ramo, ruere cœpit, cadensq; deorsum per singulos, quos percutiebat ramos, CHRISTI beatissimum NOME inuocabat dicens: CHRISTE omnipotens saluame. Cumque peruenisset ad terram, nihil est læsus, sed aiebat semper: *Aduitorium nostrum in NOME DOMINI, qui fecit celum*

Aliud in-
signe mi-
raculum.

Mira vir-tus cru-cis Chri-sti, & in-
uocatio-nis eius
**N O M I-
N I S,**

*Sur. tom.
5. 15. O d.
Aliudmi-
raculum.*

*Sur. 10. 6.
Rursum
aliud.*

*I terum
aliud.*

& terram. His & alijs virtutibus animatus cœpit in-trâ secreta cordis tacitus cogitare, dicens : Si Crux **C H R I S T I**, & inuocatio **N O M I N I S** eius, atque adiutorium postulatum ab eo, tantam potentiam habet, vt a-spera quæque mundi deuincat, periculosa obruat, ten-tationum atra depellat, & omnia, quæ sunt seculi hu-ius, oblectamenta pro nihilo reputet ac fastidiat : quid mihi & mundo, nisi vt relictis omnibus, quæ eius sunt, in illius vacare solius debeam obsequiis, cuius **N O M I-
N I S** inuocatione à periculis sum saluatus iniquis ? Et egressus ab hospitiolo suo, oblitus parentes, & patriam, eremum petijt, ne in seculo habitanti impedimentum aliquod in oratione mundi solicitudo conferret.

Raslana sanctimonialis sedens quandoque ad men-sam **S. Heduuigis**, & os piscis incautè admittens, nec glutire potuit, nec reijcere. Sentiens sibi imminere periculum, surgit à mensa, conatur prouocare vomitū, vt vel sic extrudatur os gutturi affixum. Nihil se effi-cere videns, redit fidenter ad Heduuigem adhuc men-sæ assidentem, indicat quid patiatur. Compatitur illa, benè precatur ei **I N N O M I N E D O M I N I**, moxque signo Crucis edito, Raslana expuit os cruentatum, & mortis se discrimen euasisse lætatur. **S. Gregorius A-**grigentinus Episcopus puellam diurno morbo op-preßam (vtpote, quæ nouem annis mouere se nun-quam omnino potuerat) sanaturus, positis genibus orauit, dicens : **D o m i n e I E S U C H R I S T E D e u-**noster, nè (quæsō) auertas oculos à precibus serui tui, meq; hodie humilem exaudi, atque hanc puellam, gratia ac po-tentia tui sancti spiritus erigens inuise. His dictis surre-xit, ac signo Crucis puellam obsignans : **I n n o m i n e I E-****S U C H R I S T I**, (ait) exurge, & sta super pedes tuos. Et puella protinus sana surrexit. Eidem cum ali- quando monachus surdus & mutus obuiam venisset, ipse vehementer suspirans, commiserationis lachrymas profudit, manusque in cælum attollens, **D o m i n e I E-**

SV

S V C H R I S T E (inquit) *Deus noster, cali terraeq; creator, qui leprosos coram diuinâ præsentia tua sanasti, surdas aures aperisti, mutos lingua & restituisti, ipse hunc seruum tuum incredibili tua potentia sana, & N O M E N T V V M sanctum laudibus perpetuo celebret.* Sic dixit, & apprehensum monachum confessim erexit, ac in *N O M I N E I E S V C H R I S T I*, (ait) *qui dæmoni surdo ac muto, & proprio fumento egrederetur, imperauit, perfidè & loquere & audiri, Deumq; conditorem tuum lauda.* Nec dum loqui desierat, cum quod petebat effectum est. Nam cui anteal lingua vincita, & auditus vitiatus fuerat, clamare cœpit, *Magna sunt C H R I S T E opera tua, qua per hunc virum iustum edidisti.*

Mar. 9.

Illustre miraculum narrat Theodoricus Abbas S. Trudonis in vita S. Rumoldi Archiepiscopi & martyris, hisce verbis: *Quadam dierum Libertus puer, cum coevis ludos in aluei littore dum meditatur, dnmq; nimium bene ripa credit, periculum inquit: elapsus submersum facit. Tristis fremitu totum statim littus concutitur: & projectis qui mergentem extrahant, omnis natantium conatus deficit: Captiuam præda coram oculis abducitur, & absorpta came-ratus vndis includitur. Rumoldus interim aberat, rumor & que ad parentes intonat, & nihil minus suspicantes irremediabili vulnere transuerberat. Appensus præsens dolor cum priori latitia præponderat: & quo olim latores de recens nato filio, eo nunc tristiores de mortui submergio. Nihil enim sine dolore amittitur, nisi quod sine gaudio possidetur. Quid agerent, quòd se verterent, quid consilii caperent non habebant. Sola hac spes: vt quo prophetante non habitum acceperant, eo orante amissum recipient. Euocatus homo Dei de tristi luctu, & ipse totus concutitur, nec minus quam ipsi genitores super spirituali suo filio compungitur: consolatusq; alios, qui seipsum vix consolari poterat, littus adit, locum notat: & celebri oratione terq; quaterq; I E S V M inclamat. Circumstat tristis conuentus: praefol-latur finem euentus. Mirum dictu, vix dum ab oratione*

Sur. 10. 7.
Præclarū
miraculū

Dan. 3.

surrexerat, reiectis oculis propè astantem puerum affectati: non diffono tamen à trium Babylonicorum puerorum miraculo. Nam sicut illi caminum triumphauerunt absque ignis ardore: ita & hic in contrario elemento supergressus est aquas absque aquarum humore. I E S V bone, quid illud mirabile, quid illud fuit gaudii? Ut inunc mors Victoria tua? Vbi nunc mors stimulus tuis? Ecce non solum noster Christus sed & qui sunt Christi, in N O M I N E E I V S tibi imperant: tu obaudio, ipsi spoliari.

Sur. 10. 7.
Aqua in
vinum
conuer-
titur.

S. Bononius Abbas, ut corpus suum cum vitiis & concupiscentijs crucifigeret, ab ipsa adolescentia a carne, adipe, ouis atque caseo, sed & a vini vsu abstinebat, nisi quod valde modico vteretur propter stomachi euer-
sionem, quibus diebus Eucharistiam accipiebat. In quo more cùm etiam in solenni Paschæ festo perseuerare vellet, miraculo non est a superna clementia hoc facere permisus. Quippe celebratis ritè diuini officij mysterijs, cùm minister pro more ad mensam duo illi pocula attulisset, quorum alterum vinum alterum a quam contineret, & illud, in quo aqua erat, post impressum Crucis signum ori admouisset, eam vinum factum reperit. Et minister gustare iussus sic reverè esse cognovit, ac admiratus est, cùm aquam se fuisse certus esset. Sed iussus effuso prius vino aqua iterum repleuit. Quæ itidem postquam eam ori admouisset, post imploratum D e i N O M E N & Crucis signum impressum optimi vini saporem retulit. Obiurgare ergo ministrum, qui fibi illudere cogitaret: ille verò Deum testem vocare, suis manibus aquam haustum esse. Cùm verò tertio etiam hoc sic euenisset, diuinam virtutem atque operationem agnoscens, eiusque erga se miseratione hoc ita fieri colligens, eius numen celebrauit, & gratias retulit. Sed fauorem popularem modestè declinans, ministro, qui solus erat conscientius, efferre hoc & palam facere vetuit.

Sur. 10. 1.

Cum vir sanctus Barbatianus presbyter deductus ad

Theo-

Theodoram primariam mulierem, refractario sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, in quâ expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset: **CHRISTVS** qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: quamobrem eius **NOME** tibi prædico, surge & ambula: Theodora ad sanitatem statim reducta est.

**Fluxus
sanguinis
sistitur.**

Atqui, ut multa paucis concludam: Continet invocatio nominis **I E S V** hæc omnia; Imperium, merita, auctoritatem, virtutem, siue potestatem, sed hanc maximè, quam credit, animoque concipit, qui id **NOMEN** voce promit. Voluit **D E U S**, **C H R I S T I** potius, quam **P A T R I S**, aut **S P I R I T U S** Sancti nomine, Dæmonibus imperari discessum, quia illius in primis comprobanda Diuinitas erat, & confirmando doctrina, & omnes intelligere oportebat, Dæmones cum suo Principe, quos adhuc coluerant, à **C H R I S T O** ipso deuictos, eiectos, attritos esse. Quæ causa est, cur **I E S V** nomen præ alijs, quæ non infructuosè in exorcismis ponuntur, adhibeatur. Est enim maximè proprium, & diuinitus impositum, (*Luc. 1.*) & in triumphali titulo inscriptū (*Ioan. 19.*) & cui omne genu flecti debet. (*Phil. 2.*) & cum ipse **I E S V**s hanc ad rem illud usurpari praecipit, tum in Evangelica historia pronunciāunt fideles, ac infideles; & omnibus insita consuetudine non aliud ad subitos aduersos casus in os nomen incurrit; aut extra hos etiam casus libentius editur.

*Vide Lo-
rinum in
Act. c. 19.*

Eat nunc ille nescio quis à Poeta in suæ Metamorphoseos lib. 1. laudatus, qui

----- dum fuit integer aui

Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.

I E S Vs enim noster æui semper integrissimus:

Semper & infernas perterret nomine gentes.

Eat & Alexander Magnus qui ægrotanti, ut refert Plutarchus, Pyrrho, suo se allaturum opem nomine promisit. Nugæ istæ sunt. Solum **I E S V** nomen verè

ἀλεξίνακον est. in eo uno vera corporis, animiq; morborum continetur medicina.



PROPTER SACROSANCTVM
NOMEN I E S V SS. A P O S T O L I E T
Martyres inuidiā tām apud Iudæos quām
gentiles sustinuerunt, plurimato-
menta sunt passi, ac mortem
denique ipsam sub-
ierunt.

C A P V T X.

Nomen
I E S V , in-
uidiosum
nomen
infidelis-
bus.

Matth. 10.

Act. 26.

Acrosanctum nomen I E S V , quod Apostolis
potissimè commendatum est prædicandum,
atque exaltandum super omnia alia Dei no-
mina, factum est nomen inuidiosum, & odio-
sum, tām Iudæis, quām Tyrannis. Propterea enim per-
sequebantur Iudæi Apostolos, & Tyranni martyres, quia
prædicabant, & exaltabant nomen I E S V , quod ipsi erat
abominabile, & execrabile. Sic enim prædictit Christus
Apostolis apud Matthæum. *Eritis odio omnibus homini-
bus propter NOME N M E U M*. Et Paulus in Actis Aposto-
lorum loquens de seipso, quando erat Saulus persequen-
tor Ecclesiæ dicit: *Ego quidem existimaueram aduersum
nomen I E S V debere me multa contraria agere, quod E G f-
eci Hierosolymis, &c.* Ideò enim persequebatur fideles, &
in vincula coniiciebat, quoniam inuocabant, atque ad-

ora-

orabant sanctum nomen IESV. Tyranni etiam nunquam persequerantur eos, qui inuocabant nomen Dei, aut nomen creatoris, aut nomen Domini. Qui vero apud illos inuocabant & venerabantur nomen IESV, statim experiebantur ludibria & verbeta, insuper & vincula & carceres, ac denique mortes acerbissimas. Itaque potissimum negotium Iudeorum ac Tyrannorum erat, nomen IESV ab hominum memoria tollere, ac penitus extirpare: quemadmodum David in spiritu praedixerat, inquiens: *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit NOME eius?* Et Hieremias. *Eradamus eum de terra viuentium, & NO MEN eius non memoretur amplius.* E contrario potissimum negotium Apostolorum fuit, hoc sacratissimum nomen IESV, plusquam alia Dei nomina, praedicare per totum orbem, atque diffundere, ac testificari, non esse aliud nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat eos salvos fieri, nisi hoc sacratissimum nomen IESV. Pro cuius etiam nominis confessione parati erant multa pati, atque sanguinem fundere, quemadmodum de ipsis dicitur: *Ibant gaudentes a conspectu Concilij, quoniam digni habitis sunt pro nomine IESV contumeliam pati.* Et de Paulo gentium futuro Apostolo dixit Christus: *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro NO MINE meo pati.* Propterea de hoc sacratissimo nomine IESV David dixit: *Sanctum & terrible nomen eius.* *Sanctum* dicit propter eius excellentiam & maiestatem, aut propter virtutem sanctificandi animas, quam habet. *Terrible* vero simul vocat, quoniam in eius prædicatione atque confessione, necessum fuit sanguinem fundere Apostolos atque Martyres, & pati mortem, quæ terribilis est. Sed ad hæc omnia oportebat paratos esse sanctos confessores huius sancti nominis IESV, sicut & Paulus ad hæc omnia paratissimus, dicebat: *Non solum alligari, sed & mori paratus sum, propter nomen Domini IESV.* Vnde & in Apocalypsi S. Ioannes considerans in spiritu Iudeos, atque Tyrannos, qui Apostolos, &

Propter
nomen
IESV ty-
rañi per-
sequeba-
tur fide-
les.

R. sal. 40.
Hier. II.

Apostoli
verò sum-
mopere
studebāt
extollere
nomen
IESV.

Act. 4.
*Gaudē-
bant pro
illo pati.*

Act. 5.
Act. 9.
Psal. 98.

& 110.
Cur no-
men IESV
sanctum
pariter
& terri-
bile.

Act. 21.
Apoc. 17.

Confessores nominis IESV persequabantur, atque trucidabant, sub nomine mulieris meretricis magnæ, dixit: *Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorū, & de sanguine martyrum IESV.* Hæc enim erat insatiabilis Tyrannorum sitis & rabies fundendi sanguinem eorum, qui profitebantur nomen I E S V: sicut è contra totum studium confessorum Christi erat, pro confessione & dilatazione nominis I E S V omnia pati, sanguinem fundere,

Curprius atque animas ponere. Considerare verò oportet, quod Sancti, S. Ioannes primò vocat eos *santos*, & postea vocat martyres I E S V: quoniam qui volunt palmam martyrij obtinere à Christo pro confessione N O M I N I S eius, prius I E S V ap- oportet sint sancti, & sectatores, atque imitatores Chri- pellētur, sti (& vt D. Augustinus docet) ita cunctis Salvatoris no- a Ioanne stri legibus se deuinxisse, & propter anteadam vitam me- fideles. reantur ad hanc martyrij gloriam peruenire.

S. Aug Sed quid magnum in hac re efficiunt confessores ser. 32. de Christi, cum ipsius sanguis, & sanctum nomen I E S V, tamen terribile sit contra dæmones & Tyrannos, & contra omnia genera tormentorum, ac deniq; contra ipsam mortem: & simul etiam fortitudinem ac robur conferat ad vincenda atque contempnenda omnia genera tentationum, omnesque persequutores, & (sicut D. Chrysostomus dicit) hoc I E S V nomentum inferis, tum morbis.

S. Chrys. Et virtus terroris est. Vnde Dauid dicit: *In N O M I N E tuo spernemus insurgentes in nos:* & apertius S. Ioannes in Apocalypsi: *Ipsi vicerunt eum* (draconem videlicet)

Apoc. 12. propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui. Vbi verbum testimonij sui, intelligi debet testimonium nominis IESV, iuxta quod capite primo dixerat. Et testimonium I E S V C H R I S T I, &c. & cap. 19. Et fratrum tuorum habentium testimonium I E S V. Ait ergò sanctus

In nomi- Ioannes, martyres Christi, & confessores Nominis eius, ne I E S V superasse draconem, serpentem antiquum, & vicisse Tyranno^s, eius ministros, in virtute sanguinis Christi, & **SS. Mar-** sancti nominis I E S V, in quo posuit Deus virtutem ac ty-
menta.

terni-

terribilem fortitudinem contra omnes aduersarios, & hostes illius. Vnde & Solomon in proverbijs dicit: *Turris fortissima NOME DOMINI ad ipsam currit iustus & exaltabitur.* Hoc est, in alto & tuto loco, seruabitur immunis à malo, tanquam in altissima quadam turri, atque in expugnabili, qualis est virtus nominis IESV. Et exaltabitur, dicit, quia in virtute sancti nominis IESV, vicit euadet omnium tormentorum atque triumphabit, & martyrij palmam, atque coronam, in cælestibus obtinebit.

Quid plura? Prô Deûm atque hominum fidem. Prô pudor, prô dolor, quanto prima illa Christianæ fidei radix, atque sanctissimi nominis IESV confessio, paganatis, aut Iudaicæ superstitionis occasione, maduit sanguine? Quot Martyrum millia genuit? Quam acerbam & calamitosam pijs omnibus præbuit tempestatem? Quâ mirè contrarij nauiculæ erant venti? Quam dite rugiebat Boreas? Quot Christi ouiculas deuorarunt lupi? Quantum sanguinis suxerunt immanes tigrides? Quæ platea? Quod rus non rubebat cruento apud Romanos, Græcos, Afros & Asianos?

Neque hic Remi illius, aut Iulij Cæsaris cruentum sum querimur, sed Sanctorum, qui templa Spiritus sancti fuere? Agedum, Clemens, Cletus, Anacletus, Euarius, Alexander, Sixtus, Telesphorus, Higinius, Pius, Anicetus, Soterus, Eleutherius, Victor, Zepherinus, Callixtus, Urbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, alijque è summis illis ac primis Pontificibus primi, quid molestiarum non tulere, dum paganitatis ipsius spinas euellentes, fidem initio plantant, in sterilissimo huius orbis horto, id est, in altis hominum pectoribus, sedemq; Apostolicam indefessi tuerentur, ac sacratissimum nomen IESV prædicant ac ubique diffundunt? Quanta diligentia euellebant cæci orbis errores, stuporemque craulum Dionysius Alexandrinus, & Hierosolymitanus, uterque Gregorius Neocæ-

Prov. 18.

Hadrian.
Hecque-
tius in
Peripetas.
argum.
in seg. sub
tit. Apo-
dix fides
& Euig.
In perse-
cutione
nominis
IESV,
quanta
Ecclesia
Dei per-
ulerit.
Summi
Pontifi-
ces &
Martyres
S. Eccle-
siæ Do-
ctores.

farien-

iriensis, Thaumaturgus, & Nazianzenus, Cyprianus, Arnobius, Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinarius, Victorinus, Hilarius, Iuuencus, Athanasius, Eusebius Emissenus, Theophilus Alexanderinus, B. filius, Prudentius, Isidorus, Itenaeus, Damasus, Galladius, Hieronymus, Augustinus, Marius, Victor, Cyrillus, Fulgentius, Gelasius, Faustinus, Olympiodorus, Oecumenius, Genadius, Pachimeres? Quoties, inquam, sudarunt vineæ tuæ cultores, ac sacratissimi Nominis tui confessores, paterfamilias optime IESV? Paulus plantauit, Apollo rigauit; Deus autem incrementum dedit; Deus, inquam, qui dixit de tenebris lucem splendescere, et cuius est operarios in vineam mittere, constituereque idoneos ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: Inter quos alij Apostoli; alij nobiles in Apostolis, quibus Apostolica quædam gratia data fuit; alij Euangelistæ, alij Pastores, alij Doctores. Quis teneat horum omnium insignium cultorum catalogum manuscriptum?

Psal. 140.

Dan. 3.

Eccl. 1.

Rom. 10.

Martyres

IESV Roma habet

Hierosolyma.

Matt. 27.

Marc. 15.

Luc. 23.

Quis dinumeret multitudinem stellarum, que in perpetuas lucebunt aeternitates, iuxta Danielis Prophetæ vaticinium? Quis pluvia & guttulas numeret? Quis vase etiam amplissimo metiatitur, caputque omnes diuinæ gratiæ guttas? Varij sunt nuntij, & internuntij & legati. Varia sunt donaria: Dives enim Deus est, in omnes, qui inuocant illum.

Sed ô dolor, ô lachrymæ; quam indomita nationum barbaries? Cælestia illa summaque mysteria initio capere non poterat, prædurius illa ætas, & ob id diuos Christi legatos crudeliter trucidauit. Dic Roma, ubi Pauli sanguis, quem fudit Neronis gladius? Vbi Petri crux & carcer, aliorumque tot Martyrum cruores, quos olim Gentiles diffudere tui? Vbi craticula illa, qua immunit Laurentium discruciaisti? Hierosolyma quoque, ubi Iacobi Apostoli Episcopi tui corpusculum? Cur tot Euangelicos præcones, cur tot Prophetas, fera bellua dilaniasti? Cur ô misera & ipsum Martyrum unicum

de cœs,

decus, Dei filium IESVM Christum, orbis assertorem & sanctum Seruatorem, inter sceleratos medium cruci affixisti? Ut dictu verum sit illud Prophericum: *Facta est mihi hereditas mea, quasi Leo in sytua, ait Dominus.* Et ubi cacabus igne ac sulphure crepitans, quem * Qui-riaco paraueras?

Eia Constantinopolis Regum sedes, num & tu mul-torum Martyrum sanguine mergeris? Heus tu Lutetia, ubi Dionysij illius Areopagitæ, discipulorumque eius cruor, quem, dum idololatria cæca furens, in ignotum Christum sævis, truculenter exsuxisti? Colonia Agrip-pina, ciuitatum decus, cur eodem die voravit portus Rheni tui vndecim Virginum Christi sponsarum millia?

Id te inuita factum nōrunt omnes per Hunnorum, qui muros obsidebant tuos, furorem & vesaniam;

Non pudet in teneras, miles sauire puellas?

Bellica famineum non habet arma genus.

Proh do. or insani nymphæ sunt prada Tyrannis,

Virgineus saeuo funditur ense cruor.

Leodium, ubi Antistes ille tuus Lambertus quem modestum, innocentem & iustissimum lacerârunt impij fustibus & gladijs? Heus quoque tu dita, tu ferox Nicomedia, quibus te pñxero coloribus? Quo epitheto te verè digno incolas salutabo tuos? Vbi diui illius Adriani Christi militis venæ? Vbi nerui, manus, brachia, quæ omnia ferro immaniter contudisti ac discerp-sisti? Quanquam ille tamen te superior, quia Christi Philosophus, incudem, ferramenta, malleos, & enses tuos fortiter vicet, imitatus Leonem illum, qui n̄mimur è tribu Iuda natus, mundum se superâsse clamat. Adhæc, ubi Vincentij membra, quæ Datianus ipse eculeis, vngulis, acutioribus testis & laminulis ferreis dirè contorfit in te, ô Valentia? Proh dolor, quando te læserunt Faustinus & Iouita viri Christo sacri? dicitio Brixia Italæ oppidulum: Cur crepitanti foco, lampadi-bu que admot's, visa es exurere tenera amicorum Dei

Ioan. 19.

Hier. 12.

* Alijs Cyriaco, rectius.

Constan-tinopolis & Lute-tia.

Colonia Agrippi-na.

Leodium Nicome-dia.

Apocal. 5.

Ioan. 16.

Valentia. Brixia Italæ oppidu-lum.

late-

latera; nec hoc contenta, ausa quoque es cervices horum & capita atroci gladio præcidere? O nefas.

Armenia.

Sebaste.

**Augusta
Vindelicorum.**

**Aug. de
ciu. lib. 10.
cap. 6.**

Sophon. I.

**In Ep. 1.
ad Tim.
hom. 3.**

Prodi tu quoque Armenia, tu ipsa, inquam, etiam quadraginta numero Martyres eadem horâ varijs tormentis affectos è vitâ hac sustulisti. Vrbs Sebaste testis est, quæ iniurias vidit; neque dici poslit, quot tormenta, quot cruces, quot furcas, gladios, virgas, fustes, ignes, pugiones, clavos, malleos, incudes, cacobos, iartagines, crates, funes compedes & carceres parauit Cacodæmon mendacij patronus aduersus veritatis testes, & sanctissimi nominis I E S V confessores; vt taceam, quantum olei, sulphuris ac picis in hos truculentæ vsus impenderit.

Sed nunquid silentio te præteribo, ô augusta vrbs Augustana, quæ ante mille trecentos & amplius annos, huius sanctissimi N O M I N I S confessione maximè es illustrata, & multò augustior effecta, quam tum, cum Augustus augustissimo suo nomine te decorauit, & coloniam Romanorum esse iussit? Nam cum ilustrissima tua Martyr & patrona Afra, iudici Gaio præsentata, se ipsam pro nomine IESV sacrificare velle, ingenuè confessa esset, præter cetera tormenta ignis supplicium viua pertulit, hostia Deo facta, semetipsam sanctam atque immaculatam victimam exhibuit.

Quamuis verò, D. Augustino teste, ipse homo Dei N O M I N I consecratus, in quantum mundo moritur, vt Deo vivat, sacrificium sit. Præcipue tam in Martyres Hostiae, Victimæ Holocausta, dicuntur. Si quis ergo vult erigi, & superbire sancta superbia erigatur cum Apostolis, vt monet Hieronymus, quando dignus fuerit pronomine I E S V C H R I S T I contumeliam pati, glorietur cum Apostolo, qui exultabat in tribulati nibus.

Concludam hoc caput celeberrimâ D. Chrysostomi sententia, vbi dicit: *Quemadmodum hi, qui in bello regia signa circumferunt, vt moris est, magnis laboribus indigent, & viribus, maximaq; peritâ, vt i ne id hostibus*

pro-

prodat: ita & qui Christi N O M E N portant, non in bello solum, verum etiam in pace, summis viribus indiget, ne id maleficis linguis exponant. sed id strenue ferant & ex illo crucis armati. Inveni enim profecto opus est robore, & quis dignè portet Christi N O M E N. Nam quis indignum aliquid, vel dixerit, vel fecerit aut etiam cogitaverit, Christi N O M E N non legitimè portat, neque habes in semetipso Christum. Porro, qui id congruè portat, is profecto triumphat non in foro, sed in celis, omnesq; illi adstant angelis, circumdantes illum, atque admirantes. Hæc ille. Quando igitur iuxta sententiam Apostoli, necesse est, ut omnes, qui piè volunt vivere in Christo, persequitionem patiantur; sed quis sustineret, nisi ille adiuuaret? Cum ergo nos in tribulatione protegit, cum ipsas aereas potestates arcet à nobis, ac repellit, quid aliud in hoc opere dici potest, nili fortis? I E S V M igitur fortitudinem nostram inuocemus, &c.

2. Tim. 3.



PROPTER SACROSANCTVM
I E S V N O M E N R E L I G I O S I V I R I
cuncta derelinquunt, & centuplum recipiunt.

CAPVT XI.

PRATER supradicta admirabilis est IESVS, id est, Saluator in salute afferenda hominibus, quia admirabiliter voluntatem impij hominis auertit, & conuertit. Auertit a peccato, à mundo, à voluptate, conuertit ad Deum, IESV cpus est, auer-
fiovolun-
tatis à
peccato,
ad

cōuer-
to ad vir-
tem.

psal. 76.

Bernar.

jer. 10.

Nomen
IESV, Rel-
ligiosis
causa est
relinquē-
di omnia.

Matt. 19.

Bern. jer.

ecce nos.

reliq. om-
nia.

De natali
S. Bened.

Qua cau-
sa sint Re-
ligiosi or-
dines in-
stituti.

ad virtutem, ad sanctitatem. Si consideres, quam admirabiliter Pauli voluntatem, Augustini, Benedicti, Francisci, aliorumque similium à mundo abduxerit, & in omnem sanctimoniam adduxerit, exclamabis cum Propheta. *Hæc mutatio dexteræ excelsi, hæc mutatio Saluatoris admirabilis.* Bernardus inquit : *Admirabilis Christus est, in conuersione nostra voluntatis, qua mutatio solius est dexteræ excelsi.* Quænam autem sit causa huius conuersionis, & relinquendi omnia, docet Dominus apud Matthæum : *Propter N O M E N meum inquit. Cui & mox amplissimum ac magnificentissimum promissum adiungit. Omnis qui reliquerit patrem, aut ma- trē, aut fratres, & sorores, aut domum, aut agros, centu- plūm in hac vita accipiet.* I e quo promisso rectè illa à Bernardo scripta sunt. *Hæc sunt ; inquit, Verba, qua contemptum mundi in uniuerso mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem.* Hac sunt, qua monachis claustra replent, deserta anachoretis. *Hæc, inquam, sunt verba, qua Ægyptum spoliant, & optimâ queque eius vasā diripiunt.* Hic sermo viuus, & efficax, conuertens animas felici emulazione sanctitatis, & veritatis promissione fideli. Id ipsum testatur Beda in homilia quadam, vbi de religiosa hac paupertate differens, sic ait : *Ad latissima Domini & Saluatoris nostri missa conuertamus auditum.* Videamus, que tantæ gratia pietatis, non aeterna tantummodo vita premia suis sequacibus, sed & presentis munera pollicetur eximia. Omnis, inquit, qui reliquerit dominum, vel fratres, aut agros propter N O M E N meum, centuplūm accipiet. Qui enim terrenis affectibus, sive possessionibus pro Christi disciplina renunciauerit, quo plus in eius amorem profecerit, eo plures inueniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantijs.

Plurimi sunt in Ecclesia Catholica, arctissimarum, ut vocant, religionum institutores, qui arctissimas leges viuendi suis discipulis præscriperunt. Mirandum est

est omnino, quanam spe (nisi virtute sacrosancti nominis IFSV) freti, huiusmodi sint opus isti aggressi, & tanta cum laude ad exitum perduxerint. Atque ut probè rem teneamus; Benedictus adolescens, nulla exi- Benedi-
miae nobilitatis & eruditionis laude prestans, nullis hu- ctinus
manarum rerum, quibus interdum mortales capiuntur, Ordo
præsidij & ornamenti instructus, ausus est ante annos quā exi-
mille, atque amplius normam vitæ inducere longè au-
sterissimam, ac tot post se sectatores abduxit, vt eorum
numerus iniri nullo modo possit, ex eius verò familia
prodierunt tot ac tanti in omni laudum genere virtu-
tumque florentes viri; vt quoquā te conuertas, admira-
tione defixus tenearis. Quot enim Martyres, quæso,
ex illius ordine? quot miraculis ac sanctimonia præ-
stantissimi viri exierunt? quot Pontifices summi & ad-
mirandi? unus instar omnium producatur à nobis ex-
empli caussa.* Gregorius Primus. Cui quidem quic-
quid habent boni, debent Angli. Habuit autem, quod
Trithemius testatur, Benedicti familia viginti quatuor
Pontifices Maximos, ducentos Cardinales, Archiepi-
scopos mille ducentos, Abbates scriptis celebres innu-
meros. Atque, ut nemo possit effugere vim veritatis;
constat ab Augustino, Mellito & Paulino huius instituti
perductos ad Christi verum cultum, simulque ad om-
nenm humanitatis cultum Anglos, à Bonifacio Episco-
po Moguntino Germanos, a Leandro Hispalensi Visi-
gothos in Hispanijs, a Corbeiæ Saxonice alumnis Bo-
reales omnes populos; sic etiam qui prius in Indijs
Occidentalibus omnium latissimis regionibus, Christi
religionem, verumque Dei cultum, disseminarit, fuit
Bueil Catalanus cum duodecim socijs Ordinis eiusdem,
quod scribit Fumus in historia Gallica Indiarum Occi-
dentalium. Nunc è tota quæso antiquitate, adduca-
tur aliquis, qui nullis instructus humanarum artium,
scientiarumque & rerum præsidij hæc effecerit, tot ac
tanta præstiterit: perquirantur cuiusvis generis natio-

Quot
martyres,
Confes-
sores atq;
Pontifi-
ces pro-
tulerit.

* Quic-
quid di-
cant alij,
nos in
hac parte
sequimur
auctori-
tatem S.
Althelmi
Schire-
burnensis
Episcopi,
qui illo-
rum tem-
porum
omnino
vicinus

fuit, &
valde se-
nex obiit
an. 709.
Butillus
& duode-
cim Mo-
nachii Be-
nedicti-
ni, primi
omnium
in Indijs
Occidē-
talibus
Christū
prædicat.
Lib. I. c. 2.
Imp. &
Reges
ord. S.
Bened.
al. Sebbi.
al Ethel-
dredus
seu Ethel-
redus.
Coëne-
dus.
De ordi-
ne S. Frá-
cisci.
Non hîc
sermo est
de ijs, qui
rigorem
ordinis
relaxarunt

nes. Quia quæso igitur ratione hæc ille est aggressus, nisi hac fiducia, de qua nobis est sermo? Quid potuit iste persuadere iam defunctus, Ludouici filio Lothario Imperatori, ut amplissimus Imperij reictis opibus, eius instituta sequeretur, idemque agerent Hugo Prouinciarum Rex, Rachis Longobardorum, Sigismundus Burgundiæ, Bamba Hispaniæ, Vermundus Castellæ, Rani mirus Aragoniæ, Sigibertus Northumbriæ, * Sibbis Angliæ, * Elthetedus & * Chentredus Merciæ, Alfridus Northumbriæ, Offa & Ina Angliæ, Ceolulhus & Egebertus Northumbriæ, Henricus Quartus Dania, Carolomannus Germaniæ Reges, regnis depositis? Quia quæso igitur fiducia tanta hic (nempè S. Benedictus) aggressus, vel post mortem transegit?

Agè verò contemplate Francicum Assassinatem; hic nulla eruditione vit, nullo agendarum rerum usu, nullis opibus, nulla humana sapientia & eloquentia, nulla nobilitate, præscripsit arctissimas suis viuendi leges; inter alia, ne quid vel proprium, vel * commune possiderent, arctissimam pauperiem amplexarentur: & tot post se sui reliquit imitatores, per annos propè quadringentos, ut non dico eorum, qui suerint iniuri numerus non possit, sed neque eorum, qui viuunt hodie, præ maxima multitudine. Quanam re quæso fatus iste pauperculus credidit se sui instituti assecras habiterum, præsertim verò tot, per tot annos, in tanta vita di rigiditate, absque ullo victus subsidio? & tamen peruenit ad optata. Sed hæc omnia præstitit Iesus vs.

At quæstio inde oritur: Quid erit nobis (dicent Religiosi) paupertatem altissimam, castitatem splendidam, auram obedientiam seruantibus? quid erit nobis omnes diuitias, voluptates, propriamque voluntatem relinquenter? Respondeo. Non sine præmio relinquenter: qui omnia, propter Christum reliquerunt. Qui reliquerunt omnia, inuenient omnia. Sed in infinitum distant omnia, quæ reliquerunt: & omnia

quæ

quæ inuenient. Omnia quæ relinquent, parua sunt: omnia quæ inuenient, infinita sunt. Inuenient enim omnia, id est, Deum infinitum, qui est omnia, iuxta illud Abraham dictum: *Ego merces tua ero magnanimus.* Videlicet infinita. Quæ dimittunt Religiosi non amittunt, sed transmittunt: dimittunt in terris, transmittunt in cœlos: Quocirca Christus iuueni diuiti dicit: *Vade & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* Non amittit pecuniam is, qui agros fructiferos emit: non amittit Religiosus opes, qui relictis opibus, emit non agros, sed cœlos. Vnde illud Aratoris poëtæ, de ijs, qui Act. 4. agros vendebant, & domos, pretiaque ad Apostolos afferebant:

Quæ turba perennem
Portatura crūcem, Dominumq; secuta fidelem,
Spreuit agros, habitura polos, &c.

Aliam remunerationem seruis suis benignissimus Iesus promisit in Euangeliō: Nam cum ipse sedebit in sede maiestatis suæ, sedebunt quoque sancti Religiosi, super sedes gloriæ suæ, iudicantes duodecim tribus Israël. Sedebit Petrus & Paulus, reliquiique Apostoli: sedebit Augustinus, Hieronymus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, sedebunt ceteri Religiosi, qui res caducas omnes repudiarunt, Vniuersumq; terrarum orbem iudicabant.

Quis secularis honor (ait Bernardus) excogitari potest, qui non prossus in tanta sublimitatis comparatione vilescat? Hæ sunt cathedræ ambiendæ, hæ sedes, hæ tribunalia toto conatu exquirenda. At humana ambitio, humili locatas sedes solum ambit: in cœlo constitutas, non curat. *In felix ambitio* (ait idem sanctissimus pater) *qua ambiare magna non nouit.*

Neque verò solum in cœlo præmium, omnia relinquentibus largitur Deus: sed etiam in terra. *Centuplū* (inquit) *accipiet. Centies tantum accipiet* (vt est apud Marcum) *nunc in tempore hoc domos, & fratres, & foro-*

Præmiū
Religio-
rū, quan-
tum &
quale?
Gen. 15.

Matt. 19.

Arator.
lib. 11.

Matt. 19.

D. Bern.
Sedes Re-
ligiosorū
in iudicio
præstan-
tes.

Præmiū
in terra
Religiosi
acciūt.

Psal. 26.

Centu-
plum ac-
cipit Re-
ligiosus.Rom. 14.
Deliciae
Religiosi
quæ sint.Religiosi
qui cete-
ros ordi-
nes præ-
suo con-
temnūt,
repre-
hendēdi.
Multi
sunt or-
dines Re-
ligiosi in
Ecclesia.

Psal. 44.

res, &c. Nemo timeat omnia relinquere: omnia relinquenti, & Christum pastorē ac rectorem sequenti, nihil ad vitam necessarium deerit. *Dominus regit me* (ait Psalmographus) *& nihil mihi deerit. In loco pascua, ibi me collocavit.* Locus pascuae est Religio, in qua neque pascua animo deerunt, neque corpori. Pro uno patre centum, pro uno fratre centum, pro uno agro centum, reperiuntur. In ea bona spiritualia inueniuntur: quæ bona omnia longo superant interuallo, quæ relinquuntur. D.Bernardus: *An non centuplum* (inquit) *habet omnium: qui impletur Spiritu sancto, qui Christum habet in pectore?* *Nisi quod longè plus quam centuplum est, visitatio paracleti Spiritus, & praesentia Christi, &c.* item: *hoc centuplum adoptio filiorum est, libertas, & primiæ spiritus, deliciæ charitatis: gloria conscientiæ, regnum Dei, quod intra nos est, non sive esca, vel potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto, &c.* Hoc gaudium in Spiritu sancto, has delicias charitatis diuinamque consolationem, hoc centuplum, is Religiosus consequitur, qui omnia relinquit, qui nihil sibi retinet: is gustat, quam suavis est Dominus, & quam dulce N O M E N eius, quod est I E S U S.

Coronidis loco taxandus videtur immoderatus quorundam Religiosorum zelus, qui superbia potius inflati, quam I E S U afflati spiritu, suum tantummodo statum laudibus efferunt immodicis, reliquos Religiosorum ordines aut contemnunt præ suo, aut certè depri- mere conantur, & multis parasangis inferiores iudicat. Aliter longè saperent, si se veros I E S U Christi seruos opere ipso declarare vellent. Non est enim unus tan- tum in Ecclesia Religiosus ordo, sed multi, quibus decoratur maximè. Summum enim ornamentum Ec- clesiæ afferunt, & veluti gemmæ in illa rutilant. In Psalmo *Circum amicta dicitur varietate Ecclesia, quo-* niā multi in illa status, multi sunt ordines Religiosi. Id unum curandum est præcipue, ut inter se omnes

chari-

charitatis vinculo copulentur, nulloq; dissidio, vel minimo, inuidia nulla, quoquo modo disiungantur. Religiosus quilibet, ordinem suum amet, colat, ac tissimè teneat, reliquos omnes magna charitate complectatur, iuxta illud D. Bernardi in Apologia : *Vnum* (inquit) *ordinem opere teneo : ceteros charitate. Faciet autem charitas, ut ne illorum quidem fructu frauder, quorum instituta non sequor, &c.* Turpe est in statu perfectionis, quæ in charitate posita est, desiderari charitatem. Hoc itaque quicunque considerabunt Religiosi, & se omnia pro nomine Iesu reliquise, eumque se perfectè sequi declarabunt, atque in hac vita *centuplum* recipient, & in futura vitam æternam possidebunt.

Religious
ordines,
sunt om-
nes cha-
ritate v-
nus ordo.
D. Bern.



NOMEN IESV IN TENTATIO- NIBVS INVOCANDVM, EXEMPLO præsertim S. Antonij, Hilario- nis, & aliorum.

CAPVT XII.

SACRATISSIMVM nomen Iesu nobis est refugium, quod in bello spirituali nobis cōpellandum est. Solent hi, qui ob sessam ciuitatem ab hostibus, aut è regione inimicorum sitam defendunt, si quem subito offendant, vt sciant, an suas, an contrarij ducis partes agat, symbolæ loco palam interrogare : *Quis viuat, aut quis regnet?* ille vero caueat, ac diligenter prospiciat, quemadmo-

Simili-
tudo.

dum respondeat, ne ab illius gladio cōfodiatur, si signatum à duce nomen, symbolamve non proferat. Sic si à Christiano homine quæratur, quis nam in illo viuat, quis regnet, Christum in se viuere dicat cum Paulo, ne si aliud dixerit, pereat, & nomen I E S V S vereatur. Ut, sicut cum auditur, quod vulgo dici solet : *Quis est Regis?* qui Regis partes agunt, continuò accedunt, sic etiam tu in his, quæ ad Christi gloriam conducunt, illi assistas, & in omni tua tentatione & tribulatione nomē quod inuocare debes, tibi sit I E S V S, de quo nomine dictum est, *sanc tum, Et terrible nomen eius, sanctum & dulcissimum inuocanti, terribile verò dæmonijs, contra quos inuocatur.* Peto ergò a te, quisnam in te viuit? Nec immerito hoc interrogo, *quoniam sunt Diti multi Et Domini multi,* ait Paulus. Clamauit olim omnis populus. *Viuit Rex Saul, clama & tu, Viuit I E S V S.* Non ergò regnet peccatum in vestro mortali corpore. Si enim peccatum in te regnat, non viuit in te I E S V S. In iusto Christus viuit, sicut Paulus ait : *Viuit vero in me Christus.* Bernardus : *Accipimus ab Apostolo habitare Christum per fidem in cordibus nostris.* Cum ergò fides in te mortua est, Christus in te mortuus est : cum fides viuit regnat, Christus similiter viuit, & regnat.

Psal. 112.

2. Cor. 8.

Reg. 10.

Rom. 6.

Gal. 2.

Athen.

in Vita S.

Antonii.

S. Antonius ut à se dæmonum tentationes repulerit.

Psal. 19.

Hoc bene intellexit magnus ille Antonius, qui toties à malignis hostibus impetus, semper eorum impetus vel sanctæ crucis signo, vel sacrosancti nominis I E S V inuocatione repressit, confudit, fugavit, sicut de seipso testatur, dicens : *Quoties me nimijs laudibus efferre conati sunt, cum à me in N O M I N E D O M I N I maledicta reciperent? Quoties augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cum à me audirent, Et hoc ad vestram quid pertinet curam? Quoties minitantes Et milites armati, scorpionibus, equis, beluis Et varijs serpentibus circundederunt me, Et domum, in qua eram, repleuerunt, cum ego è contra psal-lerem : Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in N O M I N E Domini Dei nostri magnificabimur : Et statim miseri-*

misericordia Christi fugabantur. Et post pauca: Vidi aliquid diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutem & prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me: Quid sis, & tu a me tibi dominetur, Antoni? At ego sputum & i maxima in os eius ingeminans, totum me in eum CHRISTI NOME armatum ingessi: Et statim ille procerus adspectu, inter medias manus exsulit. Rursum post alia: Pulsauit aliquando demon monasterij ostium: Egrediens video hominem enormi sublimitate, porrectum caput usque ad calum. Cum ab hoc quisnam esset, inquirerem, ait: Ego sum satanas. Et ego, Quid inquam, hic queris? respondit: Cur mihi frustra impunit monachi? Cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? Et ego: Iustè faciunt, tuis enim frequenter molestantur iusticijs. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi se inuidem conturbant. Nam ego miserabilis fatus sum. Rogo, Nonne legisti, quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iam habeo locum, nullam posse video ciuitatem: iam mihi nulla sunt arma per omnes nationes cunctasq; prouincias CHRISTI personat NOME: solitudines ipsæ quoque monachorum stipantur chorus. Ipsi se, queso, tueantur, & me sine causa non lacerent. Tum ego Dei gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tua veritati qua nulla est, tam nouam & tam inauditam adscribo sententiam: nam cum fallacia caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Verè enim IESVS tuas funditus subruvit vires, & honore nudatus angelico, voluntaris in fordinibus. Vixdum verba compleueram, & ille sublimis, SALVATORIS delectus est NOMINATIONE. Qua ergo iam, o filiali, poterit residere cunctatio? qua trepidatio manebit ulterius? Quis nos eorum turbo poterit conuellere? Secura sint anima singulorum: non sibi singat cogitatio vana discrimina: non aliquis timeat a diabolo sublatum, ad precipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas: Dominus enim, qui nostros prostrauit inimicos, manens, & promisit, in nobis, a variis nos satana munivit incurribus.

Psal. 9.

IESVS
satanae
contrivit
vires.
Quid
Saluato-
ris nomi-
natione
nisi no-
men Ie-
sus intel-
ligendū?

Hier. in
Cita S.
Hil. r.

*En ipse Diabolus, qui huiusmodi cum suis satellitibus exer-
cet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur. Hæc
& his similia plura in vita S. Antonij refert D. Athana-
sius. Simile quid prodidit S. Hieronymus de S. Hilari-
one: Quadam, inquit, nocte, capit infantum audire va-
gitus, balatus pecorum, mugitus boum, planitus qz mulie-
rum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rursum varia-
rum portenta vocum, ut ante sonitu, quam aspectu territus
cederet. Intellexit Daemonum ludibria, & prouolutus ge-
nibus, Christi crucem signauit in fronte, taliqz armatus
casside, & lorica fidei circumdatu*s*, iacens fortius praliaba-
tur, cum interim ex improviso, splendente luna, cernit rhe-
dam feruentibus equis super se irruere, cumqz inclamasset
IESVM; repente terra hiatu pompa omnis absorpta est.
Legitur de quodam gentili, (inquit Nicolaus de Blony
sermone duodecimo de Sanctis) quod antequam fuisset
ad fidem nostram conuersus, demones eum frequenter cor-
poraliter verberabant. Iste autem ad consilium cuiusdam
sancti viri in quatuor angulis lecti sui fecit hoc nomen san-
ctum inscribi. Demones autem quotiens cameram intra-
uerant, stantes à remotis dixerunt. Discedite à IESV, sed
ad lectum nullatenus appropinquare potuerunt. Ille con-
uersus de novo scripsit hoc nomen IESVS, & ad quandam
lanceam appendit. Quoties autem ad eum accedere vol-
bant, toties lanceam ei obsecravit. Et sic ab eis fuit liberatus.
Hæc ille.*

*Ex relationibus Chinensis habemus. Nanchini in
Chinensi nempè Regno anno M. D C. VII. Christiani
cuiusdam domum spectris dæmonum variè & grauiter
exagitatam fuisse. Ille consilij humani inops, ad diuinum
confugit auxilium. Omnibus itaque ianuis sacro-
sanctum nomen IESV, & B. Virginis Mariae inscribit, ea-
que inscriptione domus illa, omnibus his molestijs est
liberata.*

S. Ephr.
tom. 3.

*S. Abrahamius cum à Satana in lucis Angelum trans-
formato, fortissima periculosisimaque pugna grauiter*

oppugna-

oppugnaretur, contenta ei voce respondit: *Tenebrae tuae
tecum sint in perditionem, o plene dolo atque fallacia. Ho-
mo enim peccator sum ego. Quia tamen caritatem Dei mei
habeo, Ego semper in ipsum atque auxilium, in nullo ego te,
tuasque insidias pertimesco, neque tua plurima phantasma
ac spectra terrorem mihi incutunt. Pro muro siquidem
munitissimo atque tutissimo est mihi nomen Domini mei
Ego Saluatoris IESV CHRISTI, quem dilexi ac diligo:
in quo te nomine increpo, immundissime canis, ac misera-
bilissime. Cæsarius lib. 12. cap. 38. cum, qui in horribi-
lem illam specum, quæ S. Patricii purgatorium dicta est,
descendebat, refert solitos eius loci antistites monere,
ac dicere: *Videbis hac nocte insultus demonum, et penas
horribiles: sed non poterunt te laderc, si nomen IESV sem-
per habueris in ore. Quod si demonibus blandientibus,
sive terribibus consenseris, Ego IESVM invocare neglexe-
ris, peribis. Climacus grad. 20. IESV nomine cede inimi-
cos. Neque enim in calo aut in terra potentiora sunt arma.**



QVOMODO SACROSANCTÆ
CHRISTI VIRGINES DVLGISSIMO
IESV nomine gloriantes, eumque suū
sponsum appellantes, saeuissi-
mat tormenta, ipsosque ty-
rannos superā-
rint.

CAPVT XIII.



Omen I E S V \$, est nomen amabi'c, illum
enim calicem nobis sonat, qui amabilem

D. Bern.

ser. 20. in

Cant.

Isa. 26.

I E S V \$
sponsus
omnium
animatorū
sanctorū,
præcipue
tamē Vir-
ginum.

S. Ambr.
ser. 90.

Cant 4.

maximè Christum reddit, Bernardo teste:
Super omnia (inquit) reddit amabilem te-
mibi I E S V bone, calix quem bibisti, opus nostræ redemp-
tionis. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat to-
tum sibi, &c. Isaías quoque: *Nomen tuum, & memo-*
riale tuum, in desiderio anima. Noluit Christus nomen
assumere potentia, maiestatis, tremendue furoris hor-
rible, sed misericordia amabile. Et quamuis Domi-
nus I E S V \$ sponsus dicatur omnium animarum san-
ctarum, tamē hanc prærogatiuam præcipue additā
sibi fecere sanctæ virgines, quæ de eius amore, glorifi-
catione, virtute & honore præcipue gloriantes, glorio-
sum de aduersarijs triumphum reportauere. Hinc B.A-
gatha oleam sterilem reddidit execrata suos ciues, qui
non credidissent ancillæ Dei, *pro sancto eius N O M I-*
N E deceratura. I E S V sanguine quoque inflamma-
bantur animæ igne diuini amoris, ita ut in facie rubi-
cundi colores apparerent, quibus pulcherrimæ in oculis
Dei efficiebantur, quemadmodum D. Ambrosius re-
fert, dixisse S. Virginem Agnetem, *sanguis eius ornauit*
genas meas. Hic enim est viuus color, rubicundus, &
roseus sanctorum animarum, quæ intus ardent amore,
diuini sponsi sui, qui, ut eas mundaret, & pulchras effi-
ceret suo sanguine, *sponsus sanguinum fieri voluit.* Hoc
cælesti purpurisso, sanctæ animæ, labijs suis & genis,
rubicundum colore in duunt, ut pulchrioræ coram
pulcherrimo sposo appareant: à quo & audire pos-
sint dulcissima illa verba, *Sicut vitta coccinea labia tua,*
sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo, quod
intrinsecus latet. Ex interiori enim feroce animarum
sanctorum, quem in earum cordibus, sanguis Christi o-
peratur, procedit ille mirabilis color, atq; sanguineus,

in

in labijs ac facie earum. Vnde & labia eorum nihil aliud repræsentant, quam mansuetudinem, & modestiam Christi, grauitatem eius, ac vitæ splendorem imitantes, & in omnibus sequentes agnum sine macula, in cuius sanguine lovae sunt, atque rubricatæ. Hoc sanguine pretioso adornatur etiam anima ornatu pulcherrimo, ut audiat à sponso illud Canticorum, secundum aliam literam. *Ornatus capitis tui, sicut purpura Regis, & ut S. Ambrosius docet: Sanguis Christi purpura est, qui inficit sanctorum animas, non solum colore resplendens, sed per Psal. etiam potestate: quia reges facit, quibus regnum donet aeternum.* Hoc ipsum videntur dicere sancti, qui in celo sunt Christo Domino, ac Redemptori suo. *Redemisti nos (inquiunt) Deo in sanguine tuo: o fecisti nos Deo nostro regnum.* Duos magnos effectus referunt sanguinis Christi, & quod redemit nos à peccato, deditque munditiam, & splendorem spiritualem, & quod fecit nos regnum Christi, & reges, ut cum illo regnemus in æternum. Fuerunt sane CHRISTI Virgines nobilissimi & constantissimi propositi, nimiumq; laudabiles. Nam cum persecutionis sæuissimæ feruor, Christiani gregis strages plurimas daret, omnesque timidi ac fide imbecilles certare renuerent, Christumque Dei filium confiteri pænarū metu detrectarent, fortissimæ CHRISTI Virgines instaurarunt aciem, & conserto bello summis viribus fuderunt hostem, victoriaque poteræ sunt. Accinctæ enim lumbos suos fide integra atq; perfecta, interritæ CHRISTVM Dominum, ingentiique constantia confitebantur. Stabant namque certamannis tempore fortissimæ bella trices DEI, tormenta omnia summa animi alacritate tolerantes pro NOMINI vnigeniti filij DEI, ac Saluatoris nostri CHRISTI. Quam verò strenuè, quantaque laude fortitudinis præditæ fuere, quæ subiecta oculis horrenda supplicia contra se parata, non modò nihil timuerunt, verùm maiori quoque constantia pugnantes, cuncta tolerando su-

Cant 7.

Ambr. su-
118. ser. 17.

Apoc. 5.

Sanctarū
Virginū
victoria.

pera-

perarunt? Cernebant ardenti rogum, ignitas sartagine, ollasque feruentes, quæ seruore nimio guttas pisces & adipis longius iaculabantur. Adspiciebant item ferratas & aculeatas rotas inter ignium globos nimia celeritate versari. Intuebantur ferreos vngues, laminasque candentes, fustes, vectes, aculeos, terebra, compedes atque catenas, omnemque prorsus artem, quam inimicus veritatis aduersus confessores Domini Salvatoris inuenit. Omnia enim pænarum genera in conspectu sanctis virginibus hostis callidus dedit, ut in formidine verteret ipsas, & adspectu ipso ac terrore pænarum, lingua non amplius confiteri Dominum I E S U M, metu impedita, præsumeret.

Pænis
proposi-
tis Virgi-
nes siebat
alacrio-
res.

Verbera
deliciæ
fuerunt
Virginib-
us.

Act. 8.
En quid
efficit
charitas.

Quid autem fidelissimæ promptissimæque bellatrices CHRISTI, inter huiusmodi ante oculos exposita horrenda, inauditaque supplicia? Promptiores esse etæ, maiore fiducia atque constantia indubitanter, & intrepidè ante tribunalia iudicum ac Praefectorum, CHRISTVM Dominum confitebantur. Non stridens flamma, non ignitæ sartagine, non ollæ feruentes, non rotarum horrendæ vertigines, non ardentes laminæ, non vnguium dentes, non cetera id genus tormenta, non compedes, non catenarum pondus immensus, non tyrannorum minæ, non principum fremitus, non ars tota diaboli, ministrorumq; eius exterruit fortissimas CHRISTI Virgines, non impulit abnegare pietatem, non a charitate Dei & Salvatoris abduxit: sed præcinctæ fide conculcârunt machinas omnes inimici, neque illos omnino formido tentauit. Non valuit vis immensa pænarum ipsarum animos flectere: tam intrepidæ charitatis ardorem nec mors ipsa quiuit extinguere. Cæsæ, magno cum gaudio flagrorum iectus, vt summas delicias, suscipiebant: serenaque ac ridenti facie gratias Deo referebant, quia meruerant pro ipsius NOMINI pati. Nam dum lictorum manus earum membra torquerent, visceraque nudarent, non manentes

tes aspexere, non tristes, nec solum inter cruciatus gemitum non edentes, verum lætiore facie gaudia interna testantes. Quippe illis ea erant tormenta pro re quie, & carnifices obsequi potius, quam sœuire videbantur.

Sic igitur vexatæ, afflictæ, tentatæ, exquisitisq; tormentis cruciatæ, Deum ex toto corde, tota que mente dilexerunt. Nullis temptationibus, nullis, grauissimis licet, acerrimisq; supplicijs flecti potuit tanta constantia. Nullis persequentium terroribus diuinæ charitatis ardor in sacris pectoribus quiuit obtundi. Nos verò in requie atque delicijs, benignissimum Deum ac Dominum nostrum diligere volumus. Sanctæ illæ se inuicem in ipso certaminis feroore ad perferendos pro fide C H R I S T I cruciatus hortabantur, pusillanimesque consolabantur, ut ipsæ quoque illarum famulæ vna cum dominabus in sancto certamine martyrij corona donarentur. Nos contra mali atque peruersi, innicem inuidemus, inuicem comedimus, inuicem mordemus ob immunitatem nequitiae nostræ. Agè igitur sanctorum virginum esto discipulus. Si te illis in disciplinam tradas, erunt tibi magistræ optimæ, discesq; ab illis nullâ ratione passionibus cedere: disces ab eis perfectam fidem, charitatem D E I, ingentemque miserationis affectum, ac futurorum desiderium. Hæ enim ardentem rogam virtute Dei & fide perfectâ vicerunt. Vince igitur & tu semper ardentes noxiæ concupiscentiæ flamas. Varios illæ cruciatus tolerando superârunt, spe, quæ est in Christo, subnixæ. Tu quoque turpes omnes passiones, pudicitiam & cogitatione pietatis admota, superare contendere. Vicerunt illæ tyrannos per modestiam & longanimitatem. Vince tu quoque iracundiæ tyrannidem, eisdem armis institutus. Illæ aperte martyres fuere: tu in occulto martyr esto perfectus. Ille palam consummaueret certamen: perfice & tu in occulto certamen, ut in die retributionis cum ipsis

coro-

coroneris, atque in cælesti regno illarum gloriæ socius
inueniaris, atque vñà sempiterno gaudio fruaris.


Inuoca-
tio SS.
Virginū.

SS. Virgi-
nes vt le-
confirma-
rint in
pænis.

Precamur, beatissimæ Virgines, pro Domino Salua-
tore, proq; illius charitate sponte & impigrè tormenta
subijstis, atque ideò familiarius Dōmino coniunctæ es-
tis, vt pro nobis miseris, & peccatoribus, & negligen-
tiæ squalore sordentibus, Dominum interpellare di-
gnemini, vt superueniat in nos gratia C H R I S T I , quæ
corda nostra radio sanctæ charitatis illustret, vt ipsum
toto corde diligere possimus. Vos nempe verè beatæ
atque gloriosæ estis, quas Angeli & homines pari con-
sensu beatas prædicant. Nam pressuræ tempore, cum
pænarum dolor augeretur, vos ante mentis oculos pa-
radisum habebatis, vobiscum ista reputantes. Multi-
plicantur hic supplicia corporis, vt illic in paradyso vo-
luptatis propagetur & requies. Cumque in altum se
attollerent fluctuum montes, & moles vindarū per sup-
plicia passionum, beatitudo vobis à Deo reprobata iu-
giter versabatur ante oculos, perfectè credentibus non
posse mentiri Deum, qui ista promiserat. Quoniam
igitur futura illa & sempiterna bona iugiter intueba-
mini, certæ vos eis sine fine fruituras, idcirco, beatissi-
mæ, flecti molliriq; vestra non potuit constantia. Læ-
ta & exultans futuron expectatio, fortes vos ac ro-
bustissimas fecit. Itaque horis singulis noua vobis ad-
moueri acriora supplicia cupiebatis, neque satiari pæ-
nus poteratis. Videlicet vos truculentus arbitri securas,
fidentes, intrepidas in agone persistere, nullamque pæ-
harum acerbitatem, nullos verberum iactus, nullas cañ-
nificum manus omnino formidare, fractasque suæ né-
quitiæ vires obstupuit ac doluit. Vbi vero cruciatus
omnes, immensa virtute vicistis, arbitrabatur insanus
Iudeus, per ferri metum robur vestrum constantiae in for-
midinem posse conuertere, negaturasq; C H R I S T U M
putauit, quem toto animi affectu concupisti, qui que in
cordibus vestris, vt in purissimo gratissimo quo dometici-

110

lio inhabitabat. Ignorabat amens, fore, ut ipsius gladius, qui immensos sanguinis riuos, strictus in sancto rum iugulum, fuderat, ibi in primis pararet necem, ut ipsis pīj crūoris vndis suffocaretur infelix. Aiebat autem milītibus suis, vīctus atque confusus: Timēo ac trepido vehementer hunc sanguinem, qui de cæsarum pro Iesu Nazareni NOME ērūicibus manat. Se inuicem hortantur ad mortem, pro ipsius confessione subeundam. Terret me tanti ipsorum crūoris effusio, neque ad momentum, ante tantum discipularum CHRISTI consensum, tantamq; concordiam fidei consistere possum. Pænitet iam me facti mei, mallemque aduersus eās non concitasse principum animos. Ecce enim illorum sanguis me vndique exagitat. En sanguinis odor meas exoluit vites, ac nequeo penitus illuc intendere aciem, vbi discipularum IESU ossa inhumata iacent.



NOMEN IESU, QVAM SIT
DÆMONIBVS TER-
RIBILE.

CAPVT XIV.

Xperimento cōprobatur quotidiano in Ecclesia Catholica ad nomen IESU dæmones fugari: & scribit Alciatus ipse Iureconsultus etiam eo in libro vbi sagas ne igne cōburatur defendit, quum in dæmonum choto illæ saltitarēt, prolatō obiter à quadam fæminâ pēttansente, IESU

De paroxysmis lib. 8.

nomi-

*Qu. 7. art.
2e. S. 27.*

*In dial.
cum Try-
phone.*

*Lib. 4.
cap. 27.*

*Solum
nomen
I E S V dæ-
mōnes
reueren-
tur, cere-
ra blas-
phemāt.
in Harm.
mundi,
Cant. 2.
tom. 2.
Phisip. 3.*

*Lac. 11.
Cur Iu-
dæi no-
men I E S V*

*nomine, totum illum chorūm dissolutum esse, dæmo-
nesque penitus disparuisse. Idem commemorat Chir-
landus de sortilegijs. Iustinus quoque Martyr aduer-
sus Iudæos, in nomine I E S V dæmones fugari docet. La-
stantius, à Christianis spiritus inquinatos affirmat ex-
cludi, & nomine Magistri sui, & signo passionis. Rursum
quamuis omne Dei nomen in inferno a damnatis blas-
phematur, sed hoc nomen I E S V non blasphematur, i-
mò illud dæmones reuerentur, & eo auditō genu fle-
ctunt. Et Franciscus Venetus ait: *Neque tacebo, quod
experimento didici, nullum dæmonem ex his, qui vexant
corpora humana, posse resistere, quin velint, nolint, genua
flectant, quando nomen I E S V debet pronunciatum, ipsi
proponitur venerandum, ut fidelis inueniatur, qui dixit;*
*In nomine I E S V omne genu flectatur, caelium, terrestrium,
& infernum. Item affirmat cap. 16. Hebræos in di-
uinis nominibus peritissimos nihil iam i. ei nominibus
operari posse in dæmones ejiciendos, quia omnis vis ad
nomen I E S V transiit, quo quia non vtuntur, vt vim
aliquam habeant, vt il. i. facti ei sunt, dæmonia inuocant
facti Necromantici. Et hunc Venetum laudat, eiique
adstipulatur Guillelmus Menneus l. l. aurei velleris cap.
14. Et lib. de Dæmoniacis Tyreus c. 42. n. 22. Sagis, ait,
& ijs, qui se diabolo deuouerunt, mandari, & serio præ-
cipi scimus, vt si quando nocturnos conuentus habent,
prorsus à nomine I E S V abstineant, quanquam I E S V
abiurarint. Scimus subito & diabolum, & præsentem
turbam disparuisse: si quando coliegarum alicui, etiam
præter intentionem, nomen I E S V excidisset. Galatius
l. 8. c. 5. ex Hierosolymitano Thalmud refert:
quemadmodum Iudæus, qui mortiferum, nescio quid
deglutierat, fuerit ab alio Iudæo per I E S V nomen li-
beratus. Et Doct. super illud Luc. *Fili⁹ vestri in quo eyciunt,
scilicet dæmonia dicunt, Iudæos videntes sua ex-
orcismata nihil valere ad dæmones pellendos, & viden-
tes Christi discipulos, in nomine I E S V ea pellere, eodem***

nomi-

nomine vlos. Sed dubium est, quid hoc nomen IESVS habeat, vt ei omne genus flectatur, & sit nomen super omne Dei nomen? Quod super nomen omnium creaturarum sit, non mirum, cum sit Dei nomen; secundum illud Pauli: *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditauit.* Sed cur super omnia nomina Dei nomen hoc esse voluit? Hieronymus ad Marcellam, de decem Dei nominibus opusculum condidit. Dionysius in lib. de Diu. nomin. quadraginta quinque nomina Dei colligit. Hebræi ex cap. 14. Exodi septuaginta nomina colligunt, vt refert Franciscus Venetus vbi supra, & insuper inter omnia illa nomina nomen IESVS positum est à Deo. Ratio est, quoniam sicut in auro cætera metalla, ita in hoc nomine continetur virtus, & significatio omnium diuinorum nominum, & omnium eorum mysteria: de quo multa Franciscus Venetus vbi supra; & hac ratione hoc solum nomen frequentius int̄ocamus iuxta vaticinium, Zach. 14. *Erit Dominus rex super omnem terram, & in die illa erit Dominus unus, & NOME N eius unus.* Mirum profectò inter tot præstantissima Dei nomina hoc præstantius, excellentiusq; esse, & præcipuum continete virtutem ad vniuersa mira perficienda, & quod sit Deus diues in omnes, qui inuocant hoc nomen. De quo dicitur: *In nomine meo demona escent,* in quo Petrus claudum sanet, & alia omnia miracula perficiantur. Et exempla sunt Act. 16. Dicit enim S. Paulus spiritui, *Principio tibi in nomine IESV CHRIS T lexire ab ea,* adeò, vt è perfidis etiam Iudæis imitarentur quidam, sed euentu quandoque felici Luc. cap. 9. quandoque infelici. *Actorum cap. 19.* Sic apud Georgium Presbyterum, Tom. 2. Surii. S. Theodorus aliquoties apud Marcellinum cap. 20. S. Suuibertus apud Audoenum Rothomagensem Episcopum lib. 2. cap. 11. S. Eligius, apud sanctum Athanasium in vita S. Antonii: apud Theodoreum in SS. Patrum historia cap. 22. fol. 394. Sanctus Lymnæus: apud Apoldianum Theodoricum lib.

vsurpa-
rint ad
expellen-
dos dæ-
mones.

Hebr. 1.

Hieron.

Dionys.

Cant. 2.

10. 6. 7. 8.

Rom. 10.

Marc. 5. 1.

z. e. 9. S. Dominicus : & apud Cesarium lib. 12. cap. 39
alij.

Exemplū
aliud.
Thom. à
Kempis
par. 3. ser.
ad Nou.
post ser.
2. ex. 4.

Nomine
I E S V S fu
gatur dæ
mon.

Iac. Gret.
lib. 4. de
S. Cruc.
cap. 48.

Cum quadam vice , notissimi nominis F. Thomam à Kempis dæmon vellet deterrere , nocte in deterrimā horrendāque formā eidem apparuit , quem cum frater Thomas lecto appropinquare vidisset , intremuit primum ad larualem intuitum , & quid contra tam horrendi hostis insidias auxiliū sumeret ignorauit . Tandem diuino spiritu instigatus , Angelicam cæpit salutationē tremulā voce (nam vehementer extimuit) quam melius potuit personare . Sed diabolus , quasi nihil ad hanc salutationem motus , magis magisque trepido cæpit proximare , quo usque monachus in salutatione prædicta eo usque peruenisset , ut *Dominus noster I E S V S C H R I S T V S a m e n* , acclamaret . Quod terrificum nomen ubi dæmon audiuit , quasi horrendo quodam tonitruo pauefactus , vultum vertit , & quam citissime potuit , ad clamantis vocem aufugit . Videns igitur frater Thomas , ad tanti nominis virtutem dæmonem stare non posse , audaciū caput pauidum erexit , & repetitis vicibus benedictum nomen I E S V S C H R I S T V S post fugientem hostem inclamauit , & quo ipse clamat fortius , eo vehementius teter spiritus fugiebat . Quod ubi cognouit religiosus vir , gratias agens Domino Deo , dixit apud se : Si hoc *s a n c t i s i m o n o m i n e* tam facile possum aduersæ potestatis vires interfingere , de cetero nolo , ut haec tenus feci , vel dæmonum machina mea timere , vel sub eorum (quamuis horrendis) minis vide vacillante trepidare .

Porrò sanctissimum nomen I E S V piè prolatum fagare dæmones , etiam ex antiquis Patribus ostendi potest , ut omnes intelligere possint , eorum coniuetudinem esse laudandam & imitandam , qui nomen hoc siue cum tentantur a diabolo , siue cum alia calamitate premuntur in ore habent ; & reuerenter inclamant .

Partiones igitur Christi & I E S V nomine fugari docet

docet in primis Gregorius Nazianzenus, qui ad Neme-
sium, virum clarissimum; sed Ethnicum scribens, ita lo-
quitur: *Ipse qui Christo nomen dicit, Augustum illud N O-*
M E N *Vix plerumque pronunciaui, cum statim demon,*
non sine stridore, grauiſſimoq; dolore, longissime se prori-
puit, Dei immortalis Vim ac potentiam clamans, quod et-
iam mihi ſape ſuſe venit, cum crucem ne in tabula quidem,
ſed in medio tantum aere deſcripſiſsem. Nam ſola figura
tropheum erexit, quemadmodum olim legimus accidiſſe,
cum Moyses manus in cruci ſo: m: am compoſuſiſſet. Vellem
evidem mihi licet, ex altiſſima quadam ſpecula Eni-
uerſo generi hominum hac verba intonare.

Arnobius ad gentiles : *I E S V nomen auditum fugat*
noxijs spiritus, imponit silentium vatis, harufipes in-
consultos reddit, arrogantium magorum fruſtrari efficit a-
ctiones, non horrore, Et dicitis, nominis, ſed maioris licen-
tia potefatia.

S. Chryſtoſtomus : *Hoc, inquit, I E S V nomen tuum in-*
feris, tum morbis & vitijs terrori eſt.

Origenes contra Celsum : *Tanta certe vis nomini*
I E S V in eſt contra demones, Et nonnunquam etiam à
malis nominatum, ſit efficax, quod docens I E S V ſ dice-
bat, multi dicent in die illa; in nomine tuo demoni eieci-
mus, & virtutes fecimus.

Alibi idem Origenes : *Poſſumus offendere inenarra-*
bilem numerum, tam Grecorum, quam Barbarorum I E-
S V noſtro credentium. In his quidam in ſignum accepta
perfidem virtutis, mirificè fanant agrotos, invocato tan-
tum ſuper eos Eniuſorum Deo, & I E S V nōmine, recita-
tag; de rebus eius qua piam hiftoriat. Vidimus enim ipſi
multos ſic liberatos a grauijbus malis, alienatione mentis,
infanſia, alijsq; innumerū, quibus nunquam vel homines,
vel demones opem attulerunt. Ibidem: Invocato I E S V
nōmine, fanationes fiunt. Ibidem: Verendum genijs &
alijs, qua non cernuntur potestatibus, qua hodieq; praſe fe-
runt timorem I E S V nominis, vi pote potentioris, ſine me-

Patrum
testimo-
nia quod
nomine
I E S V fu-
gētur de-
mones.

Arnob. 1.
contra
Gentes.

Chrys.
hom de
laude Dei.
Orig. lib.
1. contra
Celsum.

Orig. lib.
3. contra
Celsum.

Similia
habet
Orig. lib.
8. contra

Celsum,
Et Chrys.
in 3. Co-
los. ho. 9.

In Vita S.
Anton.

Athan.
lib. de In-
car. Verbi.

Iust. dial.
cū Tryph.
Prud. in
Apotheosi

S. Hier, in
Vita S.
Hilario-
nis.

tu compulsa, siue legibus sui Domini. Alioqui si non diut-
nitus datam haberet vim suam, haud quamdam damones
ad solum eius nominis inuocatum, cederent ex insessis semel
corporibus.

Crucifixum nominamus, inquit S. Antonius apud B. Athanasium, alloquens Ethnicos Philosophos, Et uni-
uersi dæmones, quos vos, vt Deos colitis, rugiunt, atq; ex ob-
sessis corporibus ad primum Dominica crucis signum fugā-
tur. Alibi: Sepem a demonibus non denego Gerberatum;
ait S. Antonius, canebam autem sic: Nullus me separa-
bit a charitate Christi: ad cuius vocis auditum in se in-
uicem deferentes, non meo sed Domini fugabantur impe-
rio: cumq; S. Antonius in colloquio quodam cum dæ-
mone, inter alia hæc ad extremum dixisset: Verè I E-
S V S tandem tuas funditores subruit vires, Et honore nu-
datus Angelico volutaris in fôrdibus; Vix dum verba com-
pleueram, inquit S. Antonius, Et ille sublimis, N O M I-
N E Saluatoris deictus est.

Testatur etiam S. Athanasius præstigias dæmonum,
& imposturas vaticiniorum inuocato Christi nomine,
ad nihilum redigi, quibus hæc subdit: *Quis igitur Et*
quantus est hic Christus, qui solo sui N O M I N I S voca-
tulo præsentia omnia adobruit, Et otiosa reddit? Iustinus:
Per N O M E N ipsius Dei, Et primogeniti creature om-
nis, dæmonium omne adiuratum vincitur, Et in ditionem
redigitur. Prudentius:

Torquetur Apollo
N O M I N E percussus C H R I S T I, nec fulmina verbi
Ferre potest.

Adde his sanctum Eremitam Hilarionem, qui nomine
I E S V inuocato, ingentes dæmonum cateruas profliga-
uit: Cum inclamasset I E S V M, inquit S. Hieronymus,
ante oculos eius, repente hiatu pompa omnis ab-
sorpta est. Nec mirum, quia, vt inquit Iustinus Martyr,
nominis I E S V potentiam damones tremunt Et refor-
midant.

Cæte-

Caterūm omnis hac nostra in dæmones dominatio, & potestas, de *NOMINE CHRISTI* valet, inquit Tertullianus. Neque cogitandum est, Christi & IESV nomine tantum fugari dæmones, quatenus Christus ad invocationem sui nominis terret, & in fugam coniicit dæmones; sed pro certo habendum, ipsum etiam nomen Christi, vel IESV, ut est nomen Dei & hominis, habere vim terrendi & fugandi nequitias illas spirituales, eo modo, quo crux vim habet illas pellendi.

Tertul. in
Apol.
cap. 23.

Hoc enim allata ex SS. Patribus exempla & testimonia docent. Hoc conformius est illi sententiae Domini: *In nomine meo dæmonia euidentur*. & Apostoli gaudebant, quod *in nomine Christi* ipsis subiicerentur dæmonia; & D. Paulus in nomine IESV præcipit dæmonio, ut a puella exeat. Accedit denique, quod ut dæmones etiam signis delectantur & alliciuntur, teste S. Augustino, ita quoque signis metu percelluntur & extermiantur. Et quidem non cuiusvis generis signis, sed certis, & ad hoc destinatis. *Affirmant*, inquit Origenes, *incantandi periti, eandem incantationem pronuntiatam lingua sua propria efficere, quod pollicetur; si transferas eam in alias quascunque voces euidenter vim suam perdere*. Adeo, inquit Origenes, *vis ea non in significacionibus rerum, sed in ipsis vocum qualitatibus, & proprietatibus inest ad hoc, vel illa efficax* Hoc certè multò verius de nomine IESV affirmari potest. Sed huius argumenti alia exempla nunc subiiciamus. Metaphrastes tradit: Quomodo S. Auxentius dæmonem in nomine IESV eiecerit, huiuscmodi usus verbis: *Egressus in vita S. der immunde spiritus ex hac creatura, in nomine Domini Auxentii nostri IESV CHRISTI, qui incarnatus fuit ex spiritu sancto, apud Sursum, & Maria Virgine*. Item ab Isidoro quodam tom. I. Sathanam eiecerit, ita dicens: *Tace & obmutesce, qui malis gaudes, dæmon in CHRISTI NOMINE*. S. Theodoritus Archimandrita traditur adhuc puer dæmonem expulisse hisce verbis: *Exi, exi, spiritus immunde, ab hoc*

Marc. 5. 1.
Luc. 10.
Act. 16.
Aug. lib.
21. ciuit.
cap. 6.
Orig. li. 1.
contra Celsum.

Metaphr.
apud Sur.
14. Febr.
Sur. te. 3.
22. Apr.

puero in N O M I N E D O M I N I mei. Idem Sanctus vir à fæmina quadam Dæmonium compescens dixit: *Præcipio tibi in Nomine I E S V C H R I S T I filii Dei, ne illam impedias, &c.* Eodem S. Theodoro cum duobus Episcopis ad celebritatem B. Dei genitricis Mariae, in oppido Musgi ingresso templum, mulier quædam ei- iusdem oppidi, nomine Irene, ab occultis spiritibus, diu vexata, & idcirco multis morbis & calamitatibus obnoxia, nec causam agnoscens, tunc extra templum stetit iuxta portam: &, perspecta supplicatione & beatis Episcopis, caput à spiritibus vexari reiectoque velo, & aperto capite, & turba difiecta, magnis v lulatibus aduersus sanctum Theodorum latrabat, cum ei dæmo- nes maledicerent, quoniam ipsius præsentia turbaren- tur. Quod cùm populus adspiceret, caput clamare: *Domine, miserere.* Suspenfa autē mulier à terra, & mani- bus vincitis, & per aëra ad cancellos usq; fer- batur, voci- ferantibus dæmonibus, quod B. Theodorus contra se Deum precaretur. Post Euangelij autem lectionem, in terram delapsa iacebat ad altaris introitum, & lingua sua puluerem lambebat. At Christi seruus Theodorus ad eam conuersus, & coma eius apprehensa, increpuit spiritus, qui in illa erant, dicens: *In nomine Domini I E S V C H R I S T I præcipio te obi, Et ab illa exeat.* Quod dicto, dæmones statim v lulantes ab ea discesserunt: & mansit in columis. Idem à principis cuiusdam ancilla, quæ iam annis octo & viginti dæmonium oc- cultum habebat, idem eieclurus dixit: *Ad gloriam Do- mini nostri I E S V C H R I S T I filii Dei, præcipio tibi in N O M I N E eius, Et recedas ab hac muliere, nec amplius in illam ingrediaris.* Idem à seruo quodam dæmonium eieclurus, increpuit ipsum in Nomine Domini I E S V C H R I S T I, atque imperauit, ut discederet.

Sar. to. 5. Die quodam conatus est dæmon S. Iacobum Ale- mannū Dominicanū ab oratione retrahere. Or- bat autem ad aram D. Vincentij post Completorium.

Venit

Venit igitur hostis antiquus in veste consciissa, & ad pudenda usque subducta, vnicum habens in fronte ut Cyclops oculum. Vbi verò illum B. Iacobus aspexit, signo se salutiferæ Crucis armavit, & statim dæmon euanuit. Nocte autem quadam post celebratum nocturnum officium, cum ad aram B. Antonij, quod remotior erat & obscurior, orandi caussa se receperisset, dæmonum caterua specie lætantium cum tripudio ingenti ad eum venit. Miratus ipse tantam in eis lætitiam, audacter ad se vocatos per sacrosanctum IESV CHRISTI NOMEN iussit, ut sibi tantæ lætitiae caussam promerent; putabat enim, quod erat, eos vel patrassie ingēs aliquod malum, vel quod mox patrandum foret, tanto perè lætari: nec eum fefellit opinio. Responderunt igitur, se idcirco adeò lætos esse, quod postero die ciuium seditione ingens strages edenda esset. Quod vbi B. Iacobus accepit, continuo ad Deum conuersus, multis cum lachrymis ciuium pacem ab eo impetravit, & urbis tranquillitatem. Cumque ab oratione surrexisset, & cubiculum suum esset ingressus, quieturus aliquantulum, ingentem ibi offendit terrorum coruorum multitudinem, crocitantium, & vnguis ac rostris sese impotentium. Ille verò signo se Crucis repente muniuit, & dixit: *Deus in adiutorium meum intende. Quibus verbis fædissimæ alites continuo euanuerunt. Sed quod magis illum dæmones infestabant, & oppugnare combatunt, tanto illum ad certamina fortiore & alacriorem Deus reddebat. S. Gregorium Agrigentinum Episcopum in expellendo à puella quadam dæmoni, eiusmodi verbis vnum scribit Simeon Metaphrastes: In nomine Domini Servatoris nostri IESV CHRISTI, eius mandatis obtemperans, exi dæmon impurissime, &c.*

Psal. 89.

Apud Sur.
tom. 6.

Superius dictum maleficarum chorum solui sacro IESV inuocato nomine, cuius argumenti vnum aut alterum adscribam exemplum; Bartholomæus Spineus Sacri Palati Apostolici Magister ait, quandam puellam,

g. de stri-
gib. ca. 16.
& sequ.

qua cum matre Bergomi morabatur, inuenitam fuisse nocte Venetijs in thalamo sui affinis. Quam manè repertam nudam, recognitamq; quia consobrina erat, cum interrogassent quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare plorans illa, postquam vestita ab eis fuit, hac qua subdo, enarravit, dicens: Hac nocte cum in lecto vigilarem, vidi matrem meam; quae me dormire putabat: surgentem de lecto, & exutam camisia se quodam sanguento, quod ex vasculo assumpsit de sub lateribus extracto, perungentem corpus: & statim in assumpto baculo quodam ibi preparato, in modum equitantis ascendens, extra fenestram deportata est, & à me nequaquam ex tunc ibi visa. cumq; ipsa quoque de lecto surgens, meum. Et mater fecerat, per unxiisse corpus, extra fenestram educta, statim in hunc locum deportata sum, vbi matrem puero huic lecto decumbenti insidiantem vidi. Ex quo ego territa, cum matrem quoque ob meum aduentum conturbatam vidi semper & comminantem, nomen Domini IESV & Beata Virginis inuocauit, & ex tunc matrem non vidi, & ego hic nuda solaq; remansi. His auditis à puella, scripsit omnia hac affinis ille narrantis, Patri inquisitori Bergomensi, à quo capta mulier, & tormentu exposita, cuncta confessa est, & addidit, se à demone plus quam quinquagies deportatam, & puerum illum prædicti affinis occideret: sed tamen praualusse nunquam, eò quod semper illum inuenerit signo crucis, & sanctis orationibus a parentibus benè munitum.

Delrio
disq. mag.
lib. 2. q. 16.

Inter friges Auenionenses (ut narrat Mich. Pneumalog. Schol. 6.) puer captus fuit, qui iudicibus narrabat, se à patre in Synagogam (sic conuentum vocant) deductum, & ibi vidi patrari multa nefaria & horrenda; itaque contritum muniuisse se signaculo crucis, & dixisse; IESV, quid istuc rei? simulq; cum dicto turbam totam disparuisse, & ipsum se solum ibi deprehendisse: postridie domum rediisse, qua tribus à synagoga miliaribus aberat, & patrem ad iudices detulisse.

Delrio lo-
co cit.

Aliud non dissimile ex Nicolao Remigio narrat Del-
rius:

rius: Rediens Nicolaa Langbernhard è mo letrina Guer-
mingensi Assenunciam ante 8. Cal. Aug. anno 1590. ac
iter secundum sepem silvestrem aperto meridie faciens, ad-
uertit in aruo finitimo chorum in orbem saltantium tum
virorum, tum mulierum: Verum quod prater solitum alio-
rum hominum morem auersi, tergaq; ostendentes id facie-
bant, attentius eos aspiciens Vedit praterea, qui caprinis, bu-
bulisq; pedibus deformes sna intermixti saltatorium illum
orbem versarent. Tum bene metu emortua IESV salutare
nomen (vti quibus sinistri inauspicatiq; aliquid imminet)
in clamare capit, ac rogare suppliciter, Et ad suos modo salua
incolumisq; redire posset. Illico euangelizare omnes, qui tri-
pudiabant, Ecce.

Idem ex I. C. quodam Germano narrat, quomodo
parvulus puer vi nominis IESV mirè liberatus sit à dæ-
monibus. In Silesia (inquit) quidam nobilis, cum inui-
tasset conuiuas, Et hora conuiuui iam instante, Et apparatu
facto, sive frustratus esset, excusantibus se conuiuus, cur non
comparerent; prorupit iratus in hac verba: Veniant igitur
omnes demones, si nullus hominum mecum esse potest. His
dictis domo egreditur in templum, Vbi pastor Ecclesia, con-
cionem habebat; Et iracundiam concoquat, auscultat
aliquamdiu: dum vero in templo moratur, Veniunt equites
in aream domus magni et nigri, Et iubent seruum domus,
Et dominum suum aduocet, eiq; significet, adesse hospites.
Seruus consternatus abit in templum, Et indicat hac domi-
no suo; qui nescius consilii pastorem consulit. Pastor ab-
rumpens concionem, hoc consilium dat, Et tota familia do-
mo exeat, quod cum fieret Et famuli ac ancilla properarent,
forte oblii infantem in cunis iacentem et dormientem, se-
cum non auferunt. Demones incipiunt comedere et voca-
ferari, prospicereq; per fenestras formis virorum, luporum,
felium Et hominum, et monstrare pocula vino repleta, as-
suras Et pisces. Hac vicini, nobilis Et pastor, et alii cum
videnter; Ah, inquit pater, Vbi infans meus? Vix cum
hac dixisset, Enuis ex demonibus solnis suis infantem ad fe-

Delrius
lib. 3. p. 1.
q. 7. sect. 1.

nestras gestat , quasi monstraturus parentibus . Nobilis prorsus consternatus & solicitus de incolumentate infantis , fidum habens seruum , quem interrogat ; quæso tu dic , quid agam ? Seruus , Domine inquit , commendabo Ego committam vitam meam Deo meo , & in NOMINE DOMINI ingrediar , Ego & infantem auferam auxilio Ego beneficio Dei videbo . Benè , inquit nobilis ; Deus tecum sit , Ego iuuenite animumq[ue] tibi confirmet . Seruus ; accepta benedictione a pastore Ego reliqui ; ingreditur , & ante conclave , in quo erant damones congregati , procidit in genua , Ego se Deo commendat , Ego hoc animo aperit ianuam , & videt damones horribili specie sedentes , stantes , obambulantes , serpentes , Ego uno impetu accurrentes ad se , & vociferantes ; Hui , Hui , tu quid hic tibi ? Ille sudans , Ego tamen diuinitus confirmatus , alloquitur damonem , qui infantem gestabat : Tu , inquit , mihi infantem traduc : Nequaquam , respondet iste , iam mens iste est infans , dic domino tuo , & veniat , Ego accipiat infantem . Cui seruus , Ego fungor iam officio mea vocationis , in quam me Deus collocauit , Ego scio quicquid in hoc officio facio , id Deo gratum esse . Quare ratione mei officii , & auxilio , NOMINE Ego virtute IESV Christi aufero abs te infantem , Ego patri eius restituo , atque ita ipse apprehendit infantem , Ego brachiis suis amplexus est . Iste nihil aliud respondent , nisi vociferantes ; Hui nebulo , hui nebulo , relinque infantem , relinque ; aliquis te discerperemus . Ille nihil curans minas Dabolicas abiit incolumentis , Ego incolumentem infantem patri nobili reddidit . Damones postea , aliquot diebus elapsis , evanuerunt , & in aedes denuo migrare cum tota familia nobilis potuerit . Vides inconsulti dicti , quas pænas pater dederit : vides dæmonis potestatem in innocentem puerulum claudere , vides virtutem sacrosancti & benedicti IESV nominis ?

Del. lib. 6.
ca. 2. sect
3. q. 3.

Ioannes Molinetus (ait Delrius) in Chron Belgicis , anno 1490 . describens molestissimam multorum annorum vexationem , quam propter viius (quæ diu dæmonis succuba fuerat) Nonnæ peccatum , in innocentes

vir

virgines socias eius Quercetenses Deus satanæ permis-
rat: narrat multos ex illa legione, quæ religiosas inua-
serat, & se Hierarchiæ Seraphinorum fuisse gloriaba-
tur, hoc remedio pulsos ex Energumenis. Cum enim
Decanus Cameracensis, vir doctus & probus vna cùm
alijs exorcistis accederet, peracta sacra communione; vi-
uisicam hostiam, non ferens, subito damon exclamabat:
*Ah, satis probè armati acceditis? panémne illum suū p̄fisi-
stis? Quem panem ait improbe?* 3 inferebat Decanus. Si ni-
hil est aliud, quam panis; maneto in hoc corpore obſeffo.
Si autem & nos credimus, verum est corpus IESV CHRI-
STI, ſaluatoris nostri; iubeo, confeſtim fuge ex hoc corpore,
nec ullam ei amplius moleſtiam aude exhibere. Quo di-
cto (rem miram) energumen⁹, & magno leuata faſce mo-
leſtia, confeſtim reſpirare, & alta voce IESVM vocare ca-
pit. Quod idem omnes faciebant cetera, quando damone
expulſo liberabantur. Hęc Molinetus ſcriptor eius tem-
poris.

Circa annum 1591 Pontimussi puer erat nobili magis Bencius
pollens genere, quam domo opulenta: compingitur in aulam in lit.
parentum iuſſu à gymnaſio abstractus: ſed mobilitate in- Prouinc.
genii, cum recuſaret deſiderium vita prioris, ſtatuit inter Franc.
lixas calonisq; versari potius in caſtris. iter ingresso atra
Gni ſpecies occurrit in ſerica deſte: qui interrogans cauſam
triftitiae, pollicetur remedium. Verum, Gbi ego te adiuuero,
equid eſt pramis? At puer. Ut totum (inquit me excu-
ſias ne teruncium quidem reperias, ſubſicit alter, da te mi-
hi modo: nulla tibi cupiditas fruſtra erit, exiſtimauit puer
ſe in ſeruitium expeti: poſtulat tempus deliberandi, ille con-
tra, onerare promiſis ingentibus, & vel puerο ranta iam
vaniloquentia mira eſſet. ſuſpectare caput, num in figura
hominis lateret cacodamon. Mox cum tacitus totum eius
corpus emetitur oculis, ſinistrum pedem animaduertit cum
bitida Engula ac deformi: ſtatiu cohorruit, & (qui mo-
recte iuſtitutus in metu repentinō) IESVM ingeminans CRU-
CIS ſigno armat frontem: eodemq; punto ſaua ſpecies eu-
nuit.

nuit. Tertio post die ad suos reverentis eadem imago se offerat, & proditur pedis eadem nota. Quarens strum caput esset consilium, respondit puer sibi domino opus non esse. Rogatus quo iret, verbum nominauit, tum demon ante eius pedes crumenam iacit sonantem, in qua triginta quadragintaue Flandrici nummi (ex his reperti postea inaurati duodecim, recentes dices & asperos, Seluti ab adulterantibus monetam: nam areos fuisse ignis ostendit) tum puluerem in linteo pernicialem tradit, cuicunque subita morte tollendo; addit consilia ad turpes libidines, & admonita, ab Piacularis & aquæ, & ab adoratione consecrata hostiæ (quam contemptim placentulam appellabat) abstinendi: eam blasphemiam dum auersatur puer animo pio, simulq; veretur, ne obtorto collo stranguletur a monstro, salutarem crucem imprimat pectori, statimq; magno impetu alluditur ad terram: nec nisi post semihoram exsurgit: mox matre redditus scholaq; & sacra confessione expiatus, è laqueo venantium, metuq; eruptum se esse diuina ope gratulatur.

Cur res benedictæ aliquando non sortiantur effectum.

Et quamuis etiam dæmones, & vis alia diabolica repellatur rebus benedictis ab Ecclesia, ut sunt cereæ formæ orbiculares Agnos Dei vocamus, propter agnū vna in facie impressum; item grana benedicta, ceres benedicti, sal benedictum & panis benedictus. Fit tamen aliquando Dei permisso; ut hoc remedium non iuuet, maximè quando per aliud gloriosius vincere decreuit Deus, ut per nudum nomen I E S V vel M A R I Æ. Verissimo id euentu comprobatum Augustæ Vindelicorum anno supra millesimum & quingentesimum nonagesimo primo. Ebi adeptio consecrata cera cum imagine agni, multis praesens remedium in horrificis à diabolo monstrib; & terroribus nocturnis fuit: alicui tamen, quasi contemneret dæmon, palam apparans, & magna oblata vi argenti adfligita impellens, retinaculo perrupto, abiectoq; inuolucro: I E S V & M A R I Æ inuocata nomina salutis fuere. Bencius in Litt. Germaniæ superior.

Del-

Delrius loco citato alias historiā recitat, de quodam iuuene, à quo Græcij ad crebram nominis I E S V & beatissima Virginis M A R I Æ invocationem demon fractus abscessit. Sed eam ob nimiam prolixitatem hic omittendam duximus. Aliam tamen adhuc subiungemus. Bungi in Iapone anno 1555. familia fuit, quam à 100. annis dæmones infestabant, & molestia in posteros quasi hæreditaria transibat. Paterf. opes omnes placandis idolis in sumpserat. Potius auctum ijs, quam cessavit malum. Triginta annorum filium dæmon occupauit, ita ut nec patrem, nec matrem agnosceret, nec quindecim diebus quicquam cibi sumeret: sub horum finem Patrum Societatis vnuis eum accessit, iussitque ut D. Michaelēm nominaret. dum Diuum nominat vehe- menti tremore capit concuti, & varios motus membrorum edere, ita ut circumstantibus terrori fuerit. Inuocante ve- rò Patre D E V M P A T R E M , & F I L I V M , & S P I R I T V M S A N C T V M , subito à damone liber exsticuit. Huius scror paucis post diebus molestijs demonis agitata est, qui etiam in ea loquebatur. Certis tempori- bus patris nostri concionibus auditis, Christianam fidem suscipere voluit: cum vero sacro fonte esset admouenda, co- nareturq; principio se sacro signo crucis munire, tremere ve- hementer ac concuti capit. Pater preces fundebat sollicitè, ipsa vero sacrum I E S V nomen & D. Michaelis proferre nitebatur, sed magis ipsam tunc demon irritauit obstrin- gendo os & comprimendo. Tandem vero in cantum pro- rumpens exclamat: si idola Xacam & Amidam, sectarū Iaponensium autores reūcimus, nullus superest, qui ado- rari debeat, aliaq; huic spectantia protulit; nec esse, quod in ijs reprehendere quisquam posset. Quadam die innume- ris Christianis presentibus Pater sacrum fecit; cui quoque intererat demoniaca. quo finito, rogat, qui valeret optimè, ait, iussa vero D. Michaelis nomen pronunciare, tremere ac dentes stringere capit, & demon se velle exire dixit: sed quoniam iam à tot annis ea familia pro hospitio vteretur,

Alia hi-
storia.Rursum
alia.

non

non libenter migrare. Iuber iterum pater S. Michaelis nomen proferre. Respondit illa: id permoleustum esse, & lacrymas fundens & conquerens, quo, inquit, me vertam? Christiani itaq; omnes, in orationes corrunt, dumq; satudinorant demon occupatam hactenus pradam deseruit: ipsa vero subito potum petyt. Admonita, vt I E S V M & M A R I A M inuocaret, tanta suauitate strumq; protulit nomen, vt angeli vocem viderentur sibi audire.

Plurima adhuc eiusdem argumenti exempla consultò prætereo; nam tot eius efficacitatis reperiuntur, ut fastidium mihi lectoris cauendum potius, quam quarendi labor sit subeundus. Eandem virtutem deuotæ inuocationis nominis Saluatoris I E S V vel C H R I S T I astruunt vetustissimi quique Ecclesiastici scriptores, tam constanter, tam frequenter, ut putidum sit verba eorum coaceruare. Lege D. Iustinum aduers. Triphon. Originem lib. 1. contra Celsum. Tertullianum de corona milit. ad Scapul. & in Apolog. Cyprian. aduers. Demet. D. Athanasium de incarnat. Verbi, Climac. grad. 20. I E S V nomine cæde inimicos: neque enim in cælo, aut in terra potentiora sunt arma.



SS. NOMEN I E S V A MAXIMIS PERICVLIS LIBERAT.

C A P V T X V.

Proposi-
tio argu-
menti
per simi-
litudinē.



Væ imbecilla sunt, vel fluxa, fulcris indiget solidis, quibus sustententur. Aquæ fluxæ terra solida sustinentur, ita fluxi populi, qui aquarum nomine Apocal. 17. significantur, stabi-

stabili, ac solido IESV nomini, innituntur. Fecit Deus firmamentum singulare, videlicet nomen IESV, hominum corda firmans in medio aquarum, id est, populum, ut illius firmitate infirmi fulciantur. Infelices domus, quæ diaboli semper nomine personant; felices, in quibus IESV nomen, quod dulcissimum in aure melos est, semper auditur. In maximo terræ motu, vel potius frequentibus terræ motibus Antiochiæ, dominus illæ omnes ad quarum ianuas scripta erant hæc verba, IESVS nobiscum est; nemo loco moueat, firma consterunt. Sic enim citantur verba prædicta à R. L. cap. 3. Niceph. libr. 17. Thoma Stapletono, in suo promptuario Catholico: quæ tamen eodem quidem sensu, sed alijs verbis ponuntur ab Interprete Nicephori Langio. Totam historiam his recitat: Quo tempore multa simul & frequenter Antiochia incendia veluti præsere motiles futuri, & motus proœmia fuere eorum, qua illam comprehensura erant malorum. Tempus enim non ita multum intercessit, cum tiochiæ. septimus Iustini imperij ageretur annus, mensis decimus, Artemisio mense, cui apud Romanos Maij nomen est, Vi- gesimo nono die, meridiem maxime vigente, motus terra una cum concutiente ebullitione sorbi incumbens, eandemque funditus quassans, deformem & horrendam reddidit: & quicquid in ea eximum fuit, in solum coniecit. Ad quam cladem fulmen quoque accessit, ita ut ea mala calamitas inter se diuisisse viderentur. Bonam enim ciuitatis partem terramotus & concussio solo equauit. Si quid vero clades ea intactum reliquissent, ignis imminens consumpsit, atque in cinerem & puluerem admirando prorsus modo rededit. Ceterum quomodo & quanta mala ciuitas ea sit perpeccata, quasue rades & publicas porticus, aliaq[ue] illustria eius opera, incendio simul & terramotus quasi successuum opus consummenda pratuerit: insuper quam admiranda, & orationem omnem excellentes arumnae singulari cum affectu oratione venusta exponit, historia sua

Niceph.
libr. 17.
cap. 3.

Clades
maxima
eius vrbis

πάρεται
γεν.


Euphra-
sij episco-
pi interi-
tus.

Prouidé-
tia diui-
na in me-
dijs ma-
lis opem
benigne-
fert.

Euphre-
mius Ori-
entis pre-
fectus, e-
piscopus
Antioche-
nus eligi-
tur.

Alius ter-
ræ motus
Antio-
chiæ.
Antio-
chia
Theopo-
lis nomi-
nata.

calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoque Episcopus, adificiorum ruinis oppressus interiit: videlicet ne quis ex idoneis, qui curam prouidi in tantis malis verbis eius gererent, virus relinqueretur. Sed enim, qua omnia inspicit diuina prouidentia, queque vindicta gladios miserationis oleo exacuit, atque ante plagas ipsas remedia instruit, atque adeo ab ipsa statim (vt ita dicam) desperatione benignitatem profert, orientalium copiarum Imperatoris mandato prefectum Euphremium excitauit, sollicitudinemq; pro ciuitate omni suam ita declarauit, vt nihil eorum, qua opus essent, per Euphremium prorsus pretermitteret. Hunc Antiocheni cura & administrationis eius admiratione Episcopum diligunt. Atque ille sedem eam, perinde atque præmium aliquod atque remunerationem tanta sua procurationis, a Deo recipere, non repudiauit. Post menses autem triginta, gravissimas rursus à terramotu pertulit eadem ciuitas arumnas: quum deinde à Iustiniano debitam consequuta est curam, seu prouisionem, & Theopolis, hoc est, Dei ciuitas nominata Vnusquisq; enim ciuum CHRISTI NOMEN pro foribus inscribens, eo modo terra motum dispulit, quum Deus religioso cuidam homini oraculo hæc verba foribus inscribere prescrivisset: CHRISTVS NOBISCVM: STATE. Huc usque Nicephorus. Quod vero dicit CHRISTINOMEN pro foribus inscriptum, quod nam illud aliud esse potest, quam sacro- sanctum IESV nomen? ut benè Stapletonus expressit in superioribus.



NO-



NOMEN IESV FRONTI IN-
SCRIPTVM A SVBITANEA
morte præseruat.

CAPVT XVI.

Nomen Iesvs, in capite libri vita, ab æterno scriptum est, primus enim prædestinatiorum, per quem omnes homines prædestinati sunt, Iesvs est, primum ergo locum in libro prædestinationis illius nomen obtinet. D. Bernardinus ait: *Nomen Iesvs primo fuit à patre præminatum, imò à tota Trinitate in principio libri vita, aternaliter fuit scriptum.* Item: *In capite libri vita, tanquam caput omnium saluandorum positum est hoc nomen Iesvs.* Cum ergo manè è lecto surgis, aut noctu stratum adscendis, vel aliud quid arduum aggredi cupis, hoc sacrosanctum nomen Iesvs fronti inscribe, vt à malis, à periculis atque ab ipsa subitanè morte præserueris. Neque temerè hoc contemnas, aut parui ducas, cum ipse Dominus Iesvs hoc documentum tradere dignatus sit S. Edmundo adhuc puero; quam historiam integrum subiungere placuit.

D. Bern.
tom. 2.
ser. 49.

Quomo-
do mane
surgentí
nomen
Iesvs
fronti sit
inscri-
bendum.

Vita S.
Edmun-
di, lib. I.
cap. 68.

Cum mitteret sanctum Edmundum Ena cum fratre suo mater Parisios, Et liberalibus imbueretur studijs seu artibus, modicam pecunia summam dedit eisdem mater, dicens illis: Si maternam (Et bonos decet filios) iussionem seruaueritis, confido in Domino, quod in omnibus ipse prouisor munificus erit vobis. Duo quoque dedit eis cilicia praepiens, Et illis super nudo se vestirent, bis aut ter in

hebdomada. Timebat enim ne postquam discretionis annos attingerent, per deuexa vitiorum, & abrupta voluptatis incederent. Ideoq; rudes in arte bellandi familiariter informassit & prius exercitans, quam in belti discrimine necessario traherentur. Ipsa enim Edmundo quem velut sanctitatis eius prascia ceteris filiis plus dilexit, dum studeret Parisis cum indumentis lineis cilicium mittere consuit. Merito eum præ ceteris dilexit, qui nusquam piam matrem, pius & idelicet filios verbis, aut operibus offendit. Ita namq; Deo & pia matris sua placere studuit, quod omnē ase leuitatē resecans omnino choreis, alijsq; lidicris, seu spectaculis se substraxit. Diebus quoq; oī misis, & festiis iuxta monitum matris antequam comedederet, psalterium ex integro psallere consuevit. Et quia amantissimus Domini totis vicieribus studuit auctorem & a diligere, ipsum in forma puerili eidem puerō voluit demonstrare. Cum enim pratum quoddam spatiandi causa coattameis inuitantibus consenseret ingredi, ab ipsorum tamen comitatu se celerius separauit, ne conscientia puritatem, vel nugis puerilibus, vel oīiosis sermonibus contingeret maculari. Dum igitur incederet solitarius sacris insistens meditationibus, apparuit ei puer ille candore niveo nitidus, & colore roseo rubicundus, qui velut a summo cali cardine elapsus, subito sic eum prior allocutus est, officiosissime salutando: Salve dilekte mi: Quod cum audisset puer in ignoto sermone pueri, miratus est. Quem cum ille pauefactum, & hesitarem consiperet, ipsum denuo alloquens quasim illi ipse sibi vel tenuiter notus esset. Ille simplicitatis columbina, respondens sermone simplici. Nullam, inquit, teneo notitiam tui, nec sum, & tū notus tibi. Adiecit puer: Quomodo ita tibi sum ignotus, præsertim cum, & in scholis ad latum tuum sedeam, & tibi quounque fueris inseparabiliter fuerim sociatus? Deinde subdit. In faciem meam respice, & si quid in fronte n.e. scriptum sit, aduerte sedulus totus corde. Quodcum fecisset, scriptum in ea legit literis celestibus IESVS NAZARENVS. Qui statim quod viderat ei

retu-

Pia exer-
citia ado-
lescentis
adhuc
Edmudi.

Puer Ie-
sus appa-
ret Ed-
mundo.

retulit, & ab ipso protinus audiuit. Hoc est nomen meum, quod tibi memoriale sit in desiderio anima, & hoc diligenter & articulatim noctibus imprimis singulis frontis tue, per hoc enim poteris contra mortem muniri subitam, & quisquis eadem scriptura munierit modo consimilis fronte suam. His dictis puer ille in quem desiderant Angeli prospicere disparuit, sed in pectore pueri sui quem visitare dignatus est, non parum dulcedinus reliquit.

Nomen
IESVS va-
let con-
tra mor-
tem subi-
taneam.

VIRTUTE NOMINIS IESV
GLORIOSÆ EX HOSTIBVS VI-
CTORIÆ reportatae.

CAPVT XVII.

SS. Nomen Iesu victoriosum etiam esse, vel inde liquet; quod hi quoque sibi noua parciunt nomina, qui de regno aliquo, regione, ac prouincia victoriam reportat. Hinc Aliatici, Africani, Numantini, Numidici, à prouincijs sub iugum missis, sunt appellati. Peperit etiam nouum sibi seruatoris ac Iesu nomen ab excellentissima victoria Christus, qua diabolo, morte, peccatoque superatis, à trium tyrannorum acerbissimo iugo oppressos homines seruauit.

Hinc S. Ambrosius: *Scit exercitata meus, quos ad pratum consummandum sibi adhiceret, quibus armis instrueret, quibus ducat vexillis. Non aquilarum prefecit imagines, nec dracones, sed in cruce CHRISTI, & in IESU NOME progreditur in pratum, hoc signo fortis, hoc vexillo*

Ex victo-
ria repor-
tata no-
ua nomi-
na im-
poni.
Sic etiam
Christus
fecit.

Ambr.
lib. 2. de
Abra c. 7.

fidelis. Id exemplis ac historijs memorandis illustrare
hoc capite aggredimur, & quamvis illa quam principiō
ponimus victoria, I E S V potius imagine, quam nomine
perpetrata memoretur, nequaquam tamen hoc loco
prætereunda fuit, præsertim cum nomen IESV sit imago
Christum Optimum Maximum verum Deum, verumq;
hominē repræsentans. Omne enim nomen imago est, &
vice gerit eius rei, p̄ qua ponitur. Historia illa sic refer-
tur: *Anno millesimo quadragesimo vigesimo secundo,*
cum Carolus Sextus Francorum Rex obiisset, Angli omnia
Gallicani regni munita, ac præcipua loca occuparant, iamq;
actum de rebus Gallicis omnino erat. Carolus namq; Sep-
timus bis acie fuisse in summam sue fortunæ desperationem
generat. Sed Ioanna puella annorum non amplius octode-
cim ad Carolum venit, predicans se à Deo missam, vt Au-
reliam obsidione liberaret, Etq; eum Rhemis ad Enctionem
sacram perduceret, examinata a præstantissimis Theologis,
sanctissime respondit ac prudenter. Idcirco ad Aure-
liam obsidione soluendam, commeatumq; importandum
cum exigua manu militum ire iussa, armis fulgens, equoq;
insidens, signum militare candidi coloris, in quo CHRISTI
IMAGO lilium manu gestantis conspiciebatur, tulit, & spe-
ctantibus hostium copiis urbem cum commeatu intrepidè
est ingressa: Anglosq; vt ab obsidione recederent prius mo-
nitos, neque obsequentes sexto Kal. Jun. millesimo quadrin-
gentezmo vigesimo nono adorta profligauit, in ipso ardore
pugna ictu sagitta vulnerata inter humeros ac collum, neq;
pedem retulit, neque obligari vulnies est passa, quin acerri-
mè prælians, hasta gladioq; multos hostium prostravit.
Multas deinde urbes bello eadem felicitate ac fortitudine
recepit, atque Anglos pluribus præliis fudit, Regemq; Rhe-
mos ad sacram inaugurationem suscipiendam per medios
hostes viriliter perduxit, & Gallorum res omnino accisas,
oppressas ac perditas sublevauit, erexit, & in pristinum ro-
bur ac statum restituit. Post qua, cunctis res ex omnibus
seculis hanc visas vel auditas demirantibus, forte in ma-

nus

Tho. Boz.
de sig. Ec-
cles lib. 8.
sig. 33.

nus hostium venit, qui luto suffusi, odioq; iniquissimo inflammati, fortitudinem puella diuinam magicis artibus attribuentes, atrocissimo crudelitatis exemplo puellam concremarunt. Sed anno millesimo quadrageentesima quinquagesimo sexto, è rescripto Calixti Romani Pontificis, causa cognitores constituti Ioannes Archiepscopus Rhemensis, & Vilhelmus Parisiensis, innumeros testes omni exceptione maiores super eius innocentia, modestia, castitate, & religionis puritate examinarunt, eamq; innocentissimam compererunt, ac pronunciarunt; actaq; seruantur adhuc in scrinio Parisiensis Ecclesie, quod testatur Papyrius Massenus. Eadem scribunt Alanus, qui res Caroli Septimi Gallico sermone scripsit, Gerson theologus et ait illius, Leonicus Chalcondilas libro secundo de rebus Turcicis, Æneas Sylvius, qui hac atate fuit. Fulgosus libro tertio, S. Antoninus, Corius Mediolanensis, Paulus Æmilius, eius etiam gesta late narrat Polydorus Virgilius in Vita Henrici Sexti, sententiamq; latam in illam longè lateq; post homines natos durissimam vocat.

Memorabilem nunc referam victoriam, ad invocationem sacrosancti nominis I E S V partam, que prima apud Francos adaperiendo Christianæ religioni adiuit occasio, quam antiquior ceteris historicis Gregorius Turonensis ita narrat:

Regina Verò (Clotildis videlicet fæmina Christiana, Clodouei coniux) non cessabat predicare, vt Deum Verum cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoueri; donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoueretur, in quo compulsus est ex necessitate, quod prius voluntate negauerat. Factum est autem, vt configente stroque exercitu vehementer cæderentur, atque exercitus Clodouei s'adè ad internacionem ruere cepit. Quod ille videns, eleuatis in calum oculis, compunctus corde, commotus in lachrymis ait: IESV CHRISTE, quem Clotildis predicit Filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamq; in te sperantibus tribuere

G 3

dice.

Insignis
victoria.de Cestus
Franc.
lib. 2. c. 30.

diceris, tua opis gloriam deuotus efflagito : Et si mihi Victoria super hos hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se pradicat : credam tibi, Et in nomine tuo baptizer. Inuocauit enim deos meos, sed (Et experior) elongati sunt ab auxilio meo, Unde credo illos nullius potestatis esse preditos, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nunc inuoco, Et tibi credere desidero, tantum Et eruar ab aduersariis meis.

Cum autem hac diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi caperunt. Cumq; Regem suum cernerent interemptum, Clodouei se ditionibus subdunt, dicentes : Ne amplius, quiescumus, pereat populus : iam tui sumus. At ille prohibito bello, contractoq; populo, cum pace regressus, narravit Regina, qualiter per inuocationem Nominis Christi Victoria meruit obtinere.

Hac occasione Clodoueus ad fidem Christianam conuersus, & à S. Remigio Episcopo baptizatus est anno Regni sui XV. Christi CDIC.

Præclara sanè ac omnino hoc loco memoranda est illa victoria, quam quinque non amplius Lusitani, ad inuocationem augustissimi nominis I E S V, contra centum quinquaginta, imò quadringentos quinquaginta barbaros, nullo penitus suorum amissio obtinuere; ut describitur à R. P. Ioanne Petro Maffeio S. I. hisce verbis : Fortè ita accidit, Et Paciecus, aquandi causa, Malacensi quam exercitatissimo remige instructam scapham intra Iacaparini fluminis ostia misseret; abest ea aquatio à Paceno portu millia passuum fermè quatuor; neque ad remigum praedium propugnatores plures quinque attributi, Antonius Veranus Portuensis, Antonius Lassainus Alanguitanus, Franciscus Gramaxius, Ioannes Almeida Quintelanus; postremi nomen intercidit. Aquatione per ostium facta, priusquam ad suos Lusitani sese recipiant, à barbaris agniti. Et Pacenorum Praefectus, Raia Sudamicus, rei subita nuntio excitus, lanceras tres confestim expediri iubet; correptisq; que fors obtulit telis, in singulas

Alia vi-
ctoria.

Hist. Ind.
lib. 7.

aptas

aptas instructasq; remigio centum & quinquaginta armatos imponit. Ea dum parantur, coorti repente ab ultraque fluminis ripa barbari, sagittis & iaculis abeuntes nostros detinere non desinunt, & ea quidem mera non admodum Lusitanos retardat, quippe hostium tela, densitas virilingorum scutis excipiunt, grauius aliunde malum instabat; quod uno eodemq; tempore contrarius ventus & astus accedens, exitum intercluderet: neque ab socia naui, procul in salo iactis anchoris, erat in re irepida, cur opis quicquam expectarent, iamq; raptim instructa lancerata haud dubiam ad pradam cum ingenti clamore festinant; longè tamen reliquias antecedit ea, qua Sudamicinus ipse cum iuuentutis flore sehebatur. Ea re animaduersa Lusitani, tot vndiq; pressi difficultibus consilium ab ipsa desperatione capiunt. Ultero in aduersum hostem eundi; Et, quemadmodum sit nomine Lusitano dignum, fortiter dimicantes occumbant prius, quam per metum mortis in deterrimam seruitutem abducantur. Hoc ergo consilio scapham repente circumgunt: Validoq; remorum impulsu vix dum concurrerant prora, cum Lusitani salutari IESV nomine pariter inuocato, strictis gladiis aut hastis, priores in nauigium hostile magno ausu transiliunt: ac ferro primum summovent barbarios: dein congregatos in unum, ipsaq; audacia obstupefactos, haud tamen in cruentis ipssi ad faciem trucidant. Nec in longum extracta est pugna. Pacenti, cum ad vehementes gladiorum & cuspidum ictus nuda prebuissent al quan- diu corpora; & emi antem è Lusitanorum oculis ardorem ferre ultra non possent; qua cuique commodum est, certatim sese in flumen ejciunt. Sudamicinus, perterritos ne- quicquam precibus minisq; cohibere conatus, denique se ipse quoque de naui precipitat; doloreq; ac rabie accensus, Et quemque suorum nando adeptus est, elato pugione confudit. Ceteri duabus lanceratis ex interuallo sequentes, cum, si acris insitissent, nostros vulneribus affectos ac propemodo exsangues nullo negotio conficere potuissent; nec opata suorum clade perculsi, terga verterunt. Ita, IESV


Nomen
I E S V in-
uocant
Lusitani.

adiuvante, è rebus perditis repente Lusitanus videtur evadit: ac nullo è suis amissis, captiuam ipsius Praefecti lanceram in altum abducit: eò maiore omnium gratulatione ac letitia, quò propior exitio fuerat res. Hæc ille. Vnicam adhuc addam de S. Martino, qui cum postridiè prælium instaret, intrepidè aiebat, ut habet Seueras Sulpitius: *Craftina die ante aciem inermis adstabo, & in NOMINE Domini IESV, signo Crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.*

*in lib. de
Vita S.
Martini.*

*lib. 1. de
Vita S.
Martini.*

Eadem verba carmine sic expressit S. Paulinus:
*Primus ego abiectis præcedens agmina telis,
Non arma arripiens hominis, sed signa salutis,
Tegmine nec fidens clypei, sed NOMINE CHRISTI,
Atque crucem fronti auxilium pro casside ponens,
Intrepido cunctis occurram corde periclis.*



NOMINE IESV QVOS DAM
SUPERSTITIOSE ABVTI, CVIVS
virtute Iosephus quidam Iu-
dæus quam admiranda
patrârit.

CAPVT XIIIX.

*tom. 1. de
S. Cruc.
lib. 4.
cap. 47.*



Vid sanctius nomine I E S V (inquit R. P. Jacobus Gretserus) nomine, inquam, quod est super omne nomen? & tamen quis ignorat, hoc ipsum salutis & spei nostræ nomen, inter superstitiones & Magicos characteres, imò & inter-

car-

carmina Magorum reperiri? Fingunt enim spiritus malii, ait S. Augustinus, Sombras quasdam honoris sibimet *August.*
ipsis, Et sic decipient eos, qui sequuntur Christum. Usque tract. 7.
ad eo, fratres mei, Et illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per in 1. cap.
præcantationes, per machinamenta inimici, miscent præ-*Ioan.*
cantationibus suis NO MEN CHRISTI; quia iam non
possunt seducere Christianos, Et dent Venenum, addunt
mellis aliquantum, Et per id quod dulce est, lateat quod
amarum est, Et bibatur ad perniciem: Usque adeo Et ego
nouerim aliquo tempore illius * pileati sacerdotem solere
dicere: Et ipse * pileatus Christianus est. Ut quid hoc,
fratres, nisi quia aliter non possunt seduci Christiani?

Sanctissimum nomen I E S V dæmones terret, & in su-
gam coniicit, ut superius iam ostendimus, & tamen no-
men hoc dæmones aliquando neque fugiunt, neque re-
formidant. Quid ita verò? Quia Deus ipse prohibet
occultis modis, cum id iustum, atque Utile iudicat, ut
Augustini verba repetam; cum saepe expedit nobis, ut
ab hac vel illa calamitate, quæ nos premit, non libere-
mur; vel, tunc statim non liberemur, cum remedium
adhibemus. Nam Deus sacro sanctum suum nomen,
crucem, & id genus alia spiritualia adiumenta, non ali-
ter nobis salutaria esse voluit, quam quatenus & ad no-
stram salutem, & ad Dei gloriam amplificandam con-
sultum est & conducibile. Morbis imperans terrible est
hoc NO MEN, ait S. Chrysostomus: Et si non abegeris
morbum, non hinc est, quod infirmum sit hoc NO MEN,
sed quod Utile sit morbus. Pulchrit S. Augustinus: Quam-
uis sint per sancta ac sanctos curationum magna solatia,
tamen ideo non semper etiam ipsa beneficia tribuuntur pe-
tentibus, ne propter hoc religio queratur, que propter aliam
magis vitam, ubi mala non erunt omnino illa, quaren-
da est.

Aliam causam ex parte nostra reddit S. Chrysostomus, modicam videlicet fidem & spem in crucem; & in
salutare Christi nomen: Si ergo in diabolum divinas in-

* pileati
al paleati
* pilea-
tus al pa-
leatus.
Cap. 14.
Cur saepe
sacrosan-
cto I E S V
nomine
inuocato
expeditus
non se-
quatur
effectus?

Chrys. in
3. Colof. 9.
hom. 9.
Aug. 22.
de ciuit.
cap. 22.

cantationes canere noueris, statim vulnerabitur, inquit S. Chrysostomus, sunt enim nobis, sunt, inquam, nobis in hom. 8. in cantationes spirituales, ipsum nomen Domini nostri IESV cap. 4. ad Christi, tum ipsius crucis potentia. Huiusmodi incantatione Rom. idem tio non solum draconem a speluncis abigit; atque ita in serm. de ignem conicit, sed et vulneribus quoque medetur. Quod laude Dei si multi extitere, qui dictis illis carminibus sanati minime Modica fuerint, accusent illi me dicam suam fidem, non dicti insuffitatem; Hoc nomen et demonibus terribile est, et perturbationsibus et agititudinibus salutare. Hoc igitur ornemur ipsis, hoc tanquam muro nos muniamus. Quam obrem licet SS. nomen IESV, aliquando efficax sit in illis, qui omni fide carent, aliquando tamen apud fideles, iusto Dei iudicio inefficax esse potest, ob remissam nimis fidem, ut ait S. Chrysostomus, ut illa SS. nominis IESV inefficacia sit languidae fidei pena.

Idem P. Gretius cap. 38. & Card. Baronius Annal. tom. 3. ex S. Epiphanius recitant, quomodo Iudeus quidam Iosephus nomine, miranda quædam patravit virute nominis IESV. Commemorat namque S. Epiphanius, quomodo Christus saepius Iosepho apparens, eundem monuerit, ut deserta Iudaica perfidia, ad Christianos transiret; sed frustra: & quo modo tandem eidem pollicitus sit, in gratiam ipsius & in confirmationem fidei, se, quodcumque vellet, miraculum edere velle opera & ministerio Iosephi: *Erat autem quidam insanus in Civitate, inquit S. Epiphanius, qui nudus per urbem circuibat, in Tiberiade videlicet, et cum sape vestis ei indueretur, eam dilaniabat, ut tales facere solent. Iosephus igitur volens experiri visionem; dubitans autem adhuc revercundia detinebatur. Assumit itaque hunc introitum pro clavis foribus, acceptaque aqua in manu, eaque Crucis signaculo signato insanum hominem apergit ac dixit: IN NOME IESV NAZARENI CRUCIFIXI, egredere Daemonium ab ipso, et sanus fiat. Homo vero magno clamore edito, humili prolapsus, et multa spuma ab ore emissam,*

*Epiph.
bar. 30.*

lancinatus ad multum tempus, immotus permanxit; postea autem sanus, & a Demone liber surgens, domum abiit multi gratijs Iosepho actu.

Adhuc tamen permanxit Iosephus obduratus corde, sed benignus Deus occasiones salutis semper prabens bonas his, qui ipsum diligunt, eas exhibet hominibus, qui digni facti sunt vita eterna; postea enim fidem amplexus & a Constantino Magno Imperatore, Comitatus dignitate auctus est, ut ibidem narrat S. Epiphanius, egregiumq; templum in Tiberiade construxit. Ad quod, ut materia suppeteret, caminos extra urbem multos facere iussit. At calidi & quiduis facere ausi iustis, à prestigijs apud ipsos fieri solitis non abstinuerunt. Incantationibus enim quibusdam, ac curiosa sedulitate, ignem ligare ac disperdere aggressi sunt, sed non perfectè potuerunt. Cessabat itaque ignis, & non perfectè operabatur, sed extra propriam natum constiutus erat. Vbi autem hi, qui combustibilem materiam igni addere iussi erant, ligna sordelice sine sarcina, nihil effecissent, Iosepho rem ipsam significauerunt.

Commotus igitur vir ipse, & zelo erga Dominum corruptos, extra ciuitatem currit, & ubi aquam in vase afferri iussisset, accepto vase aqua, coram omnibus (multitudo enim ingens confluxerat ad spectaculum, cunctum videre cupiens, & quid Iosephus acturus esset) magna voce Crucis signaculum proprio digito vase imposuit, & invocato nomine IESV, sic dixit: IN NOMINE IESV NAZARENI, Quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumstantium, fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis, ac magie, quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiae ignis, ad perficiendam domum Domini. Et sic accepit aquam in manum, & de aqua singulas fornaces respergit, & dissoluta sunt inactamenta, & ignis coram omnibus emersit: Turba vero presentes clamore edito; unus Deus, qui auxiliatur Christianus, recesserunt. Hacten S. Epiphanius, qui ibidem narrat quomodo non valere

Lege So-
phron. in
prato spi-
rituali,
cap. 83.

potue

potuerit, incantationis vis ab eodem Iosepho adhibita
aduersus mulierem Christianam, *Abi erat NOMEN CHRI-
STI, & signaculum Crucis.*



NOMEN IESV, NOMEN ESSE SVAVISSIMVM.

CAPVT XIX.

Inter omnia Dei nomina, dulcissimum &
suauissimum est hoc nomen Iesvs, & quod
animæ maiorem suavitatem, & spiritualem
consolationem afferre solet. Magnam pro-

Sap. 16.

Apoc. 2.

Intra omnia Dei nomina, dulcissimum &
suauissimum est hoc nomen Iesvs, & quod
animæ maiorem suavitatem, & spiritualem
consolationem afferre solet. Magnam pro-
fectò consolationem affert mundis cordibus nomen
Dei, aut Creatoris, aut Patris, aut Amici, aut etiam Spon-
si, aut Dilecti, quibus nominibus sanctæ animæ appelle-
lare solent Filium Dei: sed nomen Iesv super omnia
hæc nomina dulcius animæ sapit, cui magis suave est
nominare Iesvum, siue ore, siue corde, quam nominare
Patrem, aut Dominum, aut Creatorem, aut Deum, aut
cetera omnia Dei enunciare nomina. Imò verò omnia
Dei nomina sapit hoc unicum, ac dulce nomen Iesv, &
plusquam alia nomina sapit. Et quemadmodum illud
manna de cælo, ut dicitur à Salomone, habebat *omne
delectamentum in se, & omnis saporis suavitatem:* ita
etiam diuinum hoc & cælestè nomen Iesv, omnem dul-
cedinem, & saporem diuinorum nominum in se habet:
saporem Dei, & Patris, & Creatoris, & Adiutoris, ac Re-
fugij, & aliorum diuinorum nominum, quæ longum
esset recensere. Hinc est, quod S. Ioannes in Apoca-
lypsi dicit: *Vincenti dabo manna absconditum, & nomen*

nouum

nonum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Vbi pri
mò hoc diuinum nomen I E S V vocat Manna abscondi-
tum, propter incredibilem suavitatem, & dulcedinem,
quam in se habet, & quam secretè & absconditè com-
municat animabus sanctis, quæ sunt humiles spiritu, &
mundo corde. Deinde vocat illud *Nomen nouum*, prop-
terea quòd est illud nomen, quod datum est Filio Dei
in nouo testamento, & lege gratiæ, de cælo allatum, &
ab Angelo vocatum, priusquam in utero conciperetur,
& à parentibus in Circuncisione, & prima sui sanguinis
effusione, octauo die Christo impositum. *Scriptum* ve-
rò intelligit hoc diuinum nomen in cordibus anima-
rum, non quidem litera, aut atramento: sed spiritu Dei
viui, qui huius sanctissimi nominis amorem pariter &
timorem infundere solet, consolationemque, & dulce-
dinem tantam, vt nemo eam scire possit, nisi qui acci-
pit ab ipso spiritum, qui consolatur corda; & afficit dul-
cedine mirabili huius dulcissimi nominis I E S V. Tanta
est suauitas huius nominis I E S V in ore, & in corde san-
ctorum, quod D. Augustinus tractans locum illum
Abacuc 3. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in*
Deo I E S V meo: dicit, non ita benè ab alio interprete
positum esse, *In Deo saluatore meo*, quamuis idem sit
Latinè *Saluator*, quod Hebraicè IESVS. Et causam sub-
dit Augustinus: *Nobis enim dulcius, & amicius est nomi-*
nare I E S V M, quam Saluatorem. Ecce quanta est suaui-
tas, quantaque dulcedo huius sanctissimi nominis, de
quo etiam credendum est dixisse sanctum Dauid. *Psal-*
lite nomini eius, quoniam suave est. Suaue profectò est
ore psallentibus, & aure audientibus, & corde gestantibus:
quoniam dulcis est I E S V S, de quo propterea Ber-
nardus dicit: *I E S V S mel in ore, in aure melos, in corde iu-*
bilis. Quòd si, quemadmodum Augustinus dicit super
Psalmum 15. in fine. *Nomen Dei iucundum est aman-*
bis Deum, super omnes iucunditates: potiori ratione no-
mén I E S V, manna absconditum, & nomen Dei nouum,

Nomen
I E S V man-
na abscondi-
tum.

Nomen
nouum.

LUC. 2.

Nomen
scriptum.

Quanta
sit suaui-
tas I E S V
Nominis
Aug. lib.
18. de Ci-
uit. ca. 32.

Psal. 134.

Ser. 15. in
Cant.

qua

quod dulcissimum est super omne nomen, iucundum erit, atque suave amatoribus Dei super omnes iucundates. Valet enim etiam, & est efficax ad animorum eruditionem, puritatem, & consolationem. Origenes lib. 1. contra Celsum ait: *Nomen I E S V inserit miram quandam mansuetudinem, morumq; honestatem, humanitatem, benitatem, placitudinem omnibus, qui non propter vitæ curas, humanasq; alias necessitates, fucate, sed ex animo amplectuntur prædicationem Dei, CHRISTIq; atq; futuri iudicij.* Et testantur, qui absque isto nomine referunt, nullum quantu[m] eruditione, sapientia & eloquentia refertum librum sibi placuisse; è quibus præcipue legendus S. Augustinus lib. 7. confess. cap. 20. & 21. & lib. 3. cap. 4.

Accedit quod idem I E S V nomen, ratione significationis, extra omnem verborum complexione[m], naturaliter vim eam habet, ut D E V M & hominem alterius audentis menti obijciat. Sicque varie illum afficiat, pro audentis huius diuersa vel erga I E S V M ipsum significatum, vel erga pronunciantem significatione. Nam qui I E S V M amat, suuiter eo nomine auditu[m] afficitur; in meritorum eius & beneficiorum reddit memoriam; cogitat de salute vel sua, vel aliena per illum parta. Interdum etiam eum quasi præsentem & astantem intuetur, animoque religiosissimo veneratur, & obsecrat, prout de S. Iuliano memorat Tom. 3. fol. 266. oculatus testis S. Ephrem. Cùm enim notasset hic in libris, quibus ille vtebatur, varias litterarum lituras, vbiunque sci[er]cit Dei Domini I E S V CHRISTI & Saluatoris scripta fuissent nomina: *Quodam*, inquit, die dixi ad ipsum. Quis hosce libro corrupit? Beatus vero ad me. Nihil, inquit, a te penitus abscondam. Fornicatrix mulier ad Salvatorem accedens, lacrymis pedes ipsius rigauit, & capillis capit[is] sui obsterit, & ego vbiunque Dei nomen mei scriptum comperio, la rymis meis rigo, & ego ab eo remissionem peccatorum accipiam. At ille dixit, non irrigatur cor meum,

nisi

nisi plorem coram Domino Deo meo. De S. Francisco scribit S. Bonaventura, quod cum Psalmos legendo nomen DOMINI in eis occurseret, praesuavitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. Nomen autem IESV quum exprimeret vel audiret, iubilo quodam repletus interiorius totus videbatur exterius alterari, ac si mel istius sapor gustum, vel harmoniacus sonus, ipsius immutasset auditum. Qui vero IESVM odit aut metuit, ut Dæmon; indignatur & perterretur eo auditio nomine. Nam quemadmodum imagines, sic & sonoræ istæ rerum notæ intelligendi vim commouent. Rursum si viderit Deus eum, qui IESVM dicit, eum laudare, laudandi que animo proferre, in eō spem pōnere, per eius merita quidpiam exposcere, auctoritatem ipsi & potestatem in quavis reagenda tribuere, votis annuit libenter, etiam si velut lætantis, dolentis, aut admirantis interiectio tantum efferretur. Dæmon vero est contrario dolet, maret, horret. Nam quod ait libro 1. Arnobius *Magorum frangi actiones, Dæmonum infirmari conatus; non istius horrore nominis, intelligendum de solo horrore illo, quem finiebant Gentiles.* Cum enim viderent isti clarissimè, huic nomini neque Magos neque Dæmones resistere; illud miseri aiebant; posse quidem istos, si vellent, resistere, sed ita eos hoc nomen odisse & contemnere, ut audire id nolint, quemadmodum si Dominus aliquis præpotens nomine mancipij alicuius, quod inuisum haberet, audito, exandesceret, stomacharetur, id auersaretur, seque ferre non posse, verbis factisque monstraret. Ideoq; dixit idem Arnobius; *non horrore, sed dicitis, o Gentiles, nominis, sed maioris licentia potestatis;* id est, facit hoc IESV nomen, non illo, quem mentimini horrore, vel non solo, ut dicitis horrore: sed vi ac potestate illa, quæ huic nomini data diuinitus, cui, ut maximè velint, maximeque conentur, obsistere haud quaquam possunt Magi, Dæmones, creaturæ vllæ. Recte in Psalm. 21. exposit. 1. Sanctus Augustinus: *Ne domum alicuius inuidat*

*dat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, Et cum lectus
titulus fuerit, conterritus quis potentia nominis, abstineat
se ab inuasione.*

Oratio Ecclesiæ.

Sancti Nominis tui Domine timorem pariter ac amo-
rem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua
gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis
instituisti. Per Dñm, &c.

NOMEN IESV SVPER OM-
NE NOMEN.

CAPUT XX.

Quomo-
do nomē
I E S V , sit
super om-
ne nomē.

Prou. 30.

lib de diu.
nom. cap.
1. & lib.
de myst.
Theol. c. 5.

Moc nomen I E S V S tam diuinum est, tam admirabile, & excelsum, quod est supra omnem cogitationem, & cognitionem intellectus; siue humani, siue angelici. Quam rationem videtur insinuasie Gregorius Nyssenus hom. 7. in Ecclesiast. Itaq; propterea dicitur *super omne nomen*, quia nulla conceptio mentis est, qua possit animo concipi, nullum nomen, quo possit nominari & explicari hoc nomen Dei tam ineffabile, atque incomprehensible. Propterea inquirit Salomon in Prouerbijs. *Quod nomen est Filij eius, si nosti?* vt insinuet illud esse tantæ diuinitatis, & maiestatis nomen, vt neque mente cognosci, neque verbis possit explicari. Quemadmodum enim ipse I E S V S filius Dei, in se ipso tam admirabilis est atque ineffabilis, vt (quemadmodum D. Dionysius docet) neque sermo ipsum sit, neque nomen, neque scientia, quia nulla cogitatione comprehendi potest, nullis ver-
bis

bis explicari, aut nominari, excedit enim ac superat om-
nem intellectum, & omnis linguae facultatem, ita ut si-
lentio magis adorandus sit, quam sermone prædicandus: Ita enim diuinissimum eius nomen Iesus est su-
pra omne nomen, quia neque cogitatione intellectus,
neque sermone aliquo comprehendendi, aut nominari po-
test excellentia magnitudinis eius. Proprietary Hiero-
minus ei dixit: *Magnus es tu, & magnum nomen tuum.* *Hier. 10.*
 Ex eo enim, quod Filius Dei tam magnus est, tamque
incomprehensibilis, prouenit, ut nomen eius magnum
sit, & ineffabile, & potius genu fletu humiliter adoran-
dum, atque inuocandum, quam rudi cogitatione expli-
candum, aut vocandum. *Vocavi eum,* ait Sponsa in
Canticis, *& non respondit mihi.* Quod cum egregie ad-
notasset Gregorius Nyssenus, inquit: *Quomodo enim,* *Cant. 5.*
qui est supra omne nomen, effiri possit per vocationem no- *Nyss. ho. 6.*
minis? Hanc ob causam excogitat vim vocabulorum om-
& *32. in*
nis generis, ad explicationem boni illius ineffabilis, sed om-
nius *orationis, qua quid effertur, inferior est, & minimè*
veritatem aquare conuincitur. Idcirco ait, *Vocavi qui-*
dem, quantum potui, excogitando voces, quibus ineffabilis
ille, monstraretur. At ille maior erat, quam qui per has
significationes indicari posset. Hec Gregorius Nyssenus.
 Hinc etiam est, quod S. David saepenumero solet Filium
 Dei appellare multis ac diuersis nominibus. Vocat e-
 num illum *Deum Misericordem, Longanimum, Veracem,*
 vocat etiam *Fortitudinem, Firmamentum, Refugium,*
Adiutorem, Salutem, & alijs eiusmodi multis nominin-
 bus. Sed rursum fatetur, nomen eius in tota terra no-
 tum non esse, sed tantum esse *admirabile in uniuersitate*
& quod nullus exacte assequi potest, & explicare. Isa-
 ias etiam multis nominibus eum compellat, inquiens
Vocabitur nomen eius, Admirabile, Consiliarium, Deu-
Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Magna quidem
 nomina, ait D. Bernardus, sed & bi est nomen, quod est super
 omne nomen, nomen IESV, in quo omne genu flectatur?

Quibus
nominibus
Dauid
Dominum
expres-
serit.

Isai. 9.
Bern. ser.
z. de Cor.
cunc.

Ipse alio modo responderet : sed nos dicamus , illud nomen I E S V , ita esse super omne nomen , ut sempiterna eius virtus , atque diuinitas , nullo nomine possit a nobis exacte significari .

Nomen
I E S V su-
perat o-
mnia om-
nino no-
mina.

Ephes. 11.
Psal. 148.

Ad hæc sacratissimum nomen I E S V tantæ maiestatis , & celistudinis nomen est , ut infinito interuallo excedat , atque superet vniuersa nomina , quæ in terra , & in celo nominantur , cuiuscunque auctoritatis & gloria illa sint , iuxta quod Apostolus dicit : *Supra omnem Principatum & Potestatem & Virtutem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.* Super omnia ista exaltatus est I E S V Dei Filius , & pari etiam modo exaltatum est nomen eius solius . Magna quidem in terris sunt nomina Regum , aut Principum , aut ludicum terrenæ ; quæ cum nominantur , solent homines ijs honorem habere , caput aperiendo , caput inclinando , genua flectendo . Ita enim apud Senecam legimus epistola 65 . *Quidni ego magnorum virorum imagines habeam, incitamenta animi, & natales celebrē? Quidni illos honoris causa, semper appellē? Quam superiori- nem Preceptoribus meis debeo, eandem illis Preceptoribus generis humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulēm videro aut Preceptorem, omnē, quibus honor ha- beris solet, si iam equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Quid ergo Marcum Catonem & strumque , & La- Luum sapientem , & Socratem cum Platone , & Zenonem Cleanthemq; in animum meum sine dignatione summa re- cipiam ? Ego vero illos Veneror , & tantis nominibus semper assingo . Sic in sacris literis ad Regem David dicebat Dominus : *Feciq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra : Sed omnia hæc, non ma- gna, sed parua nomina sunt, atque infima, si cum nomi- ne I E S V conferantur.* Sunt enim terrestria nomina , quæ , audito nomine I E S V , genua flectunt , adorant , atque laudant illud nomen , quod est super omne nomen , quemadmodum & ipse Rex David dicebat : *Reges terre,*

2. Reg. 7.

Psal. 148.

& ora-

Omnis populus, Principes, & omnes Iudei terræ laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Ecce quomodo magna nomina terræ, nomina Regum, & Principum, atque Iudicium terræ, laudent, adorant, praedicant, ditinum nomen IESV, quia exaltatum est supra omne nomen, quod in terra nominatur. Magna similiter in cælo sunt nomina Principatum, & Potestatum, atque Virtutum, & maiora sunt nomina Cherubim, atque Seraphim, ita ut Angelus ad Iacob diceret: Quid queris nomen meum, quod est mirabile? Sed profectò infinite distant omnia illa ab admirabili nomine IESV, quod est super omne nomen. Vnde & Paulus ad Hebreos scribens de IESV Filio Dei, dicit: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pre illis nomen habet.* aut. *Vniuersa enim Angelorum nomina, creaturæ sunt, atque seruorum, & ministrantium; nomen autem IESV Filiij Dei, est creatoris ac Domini vniuersorum, quem adorant omnes Angeli Dei, & ut egregie prosequitur Cytillus: Ille creator est, isti creati per ipsum, ille adoratur, isti adorant, illi vita participant à Deo sibi largitæ, iste vita largitor est, ille magna voce clamat, Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio & vita, Ego & Pater unus sumus, isti tales emittere voces nec audent, nec debent. Et in Filij nomine si oremus, erunt nobis quæunque petemus, in Angelorum vero nomine nullus orat. Hæc ille. Cum igitur tanta, & tam immensa, inter Angelos & i E S V M Dei Filium differentia inueniatur, tantusque, & tam infinitus excessus inter ipsorum nomina, meritò profectò diuinissimum nomen IESV appellatur Nomen, quod est super omne nomen. Meritò etiam in nomine IESV omnis genu flectitur, cælestium atque terrestrium: quandoquidem Reges & Principes laudent nomen IESV in terra, & omnes Angeli Dei adorant illud in cælo, atque confitentur, hoc solum nomen esse admirabile, & benedictum, & superexaltatum in secula.*

Gen. 32.

Hebr. 1.

D. Cyr. 13.
8. Thes.

cap. 2.

Conclu-
sio totius
arguméti
huius ca-
pitis.

Phil. 2.

IESV NOMINE PERFECTA
SALVS SIGNIFICATVR.

CAPUT XXI.

Salus à
Iesu allata
perfecta est, æ-
terna, &
diuina.
Quomo-
do sit per-
fecta.

Psal. 102.
D. Aug. in
Psal. 102.

Vis poterit me itis encomijs salutem à Iesu
mundo partam celebrare? Salus Iesu, salus
est perfecta, salus æterna, salus diuina. Per-
fecta est, quia non corporis tantum, sed ani-
mi quoque morbos omnes depellit. Medici corpori fe-
rè medicinā adhibent, Iesu tum corpori, um animo
medetur. Medicis mortuo corpori salute astrene que-
unt, Iesu ipsiis hominum cadaucibus vitam & san-
itatem conferet admirabilem. Medicis cunctis morbis
præsentia remedia non habent, medicus noster habet
præsentissima. Medicis argento salutē vndunt, Chri-
stus gratis douat. Medicorum Pharmaca saepè salutem
non efficiunt, Christi medicamenta si benè recipiantur,
semper sanitatem conferunt. Æger est hominis intel-
lectus, ægra voluntas, ægra memoria, æger appetitus, æ-
gri sensus. Intellectum viri ignorantia occupat, volun-
tatem peccandi cupidio inuadit: memoriam Dei, diu-
niique iudicij obliuio tenet, appetitum ardens febris in-
cendit, sensus in malum prōpensio dicit. Sed noster Is-
esus has, aliasque omnes quascunque mens poterit ex-
cogitare ægritudines, præsentissimis remedijs perfecte-
sumè curat. Vnde Regius vates: *Qui propitiatur, ait,*
omnibus iniquitatibus tuis, qui sanas omnes infirmitatu-
tus. Et D. Augustinus eodem Psalmo: *Omnipotenti-*

necat-

medico, nullus languor insanabilis occurrit, &c. Perfecta
igitur est illius salus.

Est præterea æterna. Isaías namque dicit: *Israel sal- Quomo-
natus est in Domino salute æterna*. Si medicus in orbe re-
periti posset, qui salutem ægris aff. ret ducentorum an-
norum, Deus bone, quis non ad illum properaret & quis
non eundem quereret? *Quis longam salutem, auro*
non compararet? En medicum habemus, qui non du-
centorum, vel mille annorum, sed totius æternitatis sa-
ludem, ijs assert, quibus medicinam facit. Et tamen à
multis non queritur, à multis cum fores pulsat, rejec-
tur. O singularem hominis dementiam, qui corporis
paucorum annorum sanitatem, animi, corporisque æ-
ternæ saluti anteponit. *Longa homini vita* (ait Augu- D. Augu.
stinus) *tanta brevitate constringitur, ad uniuersi seculi fu- serm. 3. de-
turi latitudinem, quasi gutta ad uniuersum mare.* De-
mens ergò est, qui ut vnam salutis, siue vitæ guttā com-
paret, tam sedulo laborat: ut verò salutis, vitæ que ocea-
num assequatur, nihil curat. Quid formidas? Cur me-
dicum fugis? etiam si carni iniucunda præbeat aliquan-
do medicamenta, at sunt salutaria. *Tolera* (ait D. Au Aug. Psal.
gustinus) *medicinalem dolorem, futuram cogitans sanita- 108.*
tem. Quid non tolerant homines, ut incertam, argen-
toque emptam sanitatem consequantur. Tu ut gratis
daram, & (si quod medicus præscribit facias) certam
salutem compares, labore fugies? Audi Augustinum
loco citato. *Ligari se volunt homines. Et secari, daturi*
pro incerta sanitate certum dolorem, magnam merecedem.
Denuo te, Et certe curat, Et gratis.

Deniq; diuina est I s v salus, nemo enim nisi Deus Quomo-
illam potest afferre. Tam sunt horrendi, ac periculosi do deniq;
animorū morbi, ut à solo Deo pelli possint. Solus Deus sit diuina
anguentum efficere potest, quo omnes abiguntur, id ve- I s v sa-
ro est gratia. Solus propterea Deus & homo, hoc vn-
guentum cunctis hominibus sanandis emere valuit. E-
mit autem pretio summo hoc est, vita & sanguine. Ha-

*Gant. I.**Serrav. in
Cap. 2.10.
lue. q. 1.*

Num Sal
uator be
nè Lati
nè dica
tur.

bet vnguentum hoc medicus noster, in pretiosis vasis reconditum, ea sunt sacramenta pretiosissima, quæ gratiam continent. In odorem curremus vnguentorum tuorum, it Sponsa. Curramus & nos in odorem vnguenti huus, quod omnibus morbis, omnibusque vulneribus, imo & morti ipsi medetur. Hinc merito & quidem propriè, ac etiam, quantumvis Ciceroninus esse velis, Latinè SALVATOR dicitur.

Quia verò extiterunt hodie non adolescentuli tan
tum, sed & seculi, noui oratores, aut logodædali po
tius, quibus ne in Ciceronem peccent; religio est, Salua
torem dicere, adeò, vt illud Apostol. 1. Timoth. 1, v. 51.

CHRISTVS IESVS venit in mundum peccatores
salvos facere; verterit Nouator Beza, Et peccato
res seruaret: ponam hic magni in primis Ciceroniam
verba, Manutij inquam è commentario in Verrinum li
brum secundum Soter, Grecum nomen est, Et eum signifi
care, qui salutem dedit, ipso constat interprete Cicerone. quo
patet communis error eorum, qui IESVM CHRISTVM,
cuius immortalia merita nullo satis uno verbo
exprimi Latine queunt, Seruatorem appellant. Aliud e
nim est seruare: aliud salutem dare. Seruat is, qui, ne sa
lus amittatur, aliqua ratione præstat: Salutem dat, qui a
missam restituit. quod si seruator non est soter, qui minus
valet; Saluator autem, Et in usitatum, Cicero vitavit; ma
luitq; dicere, Qui salutem dedit: nimium de eo si loquimur,
qui afflictum genus humanum non in eadem statu se uau
uit, sed à sempiterno interitu ad perpetua vita bona perdu
xit; quod Et summi Dei filius fecit. Et facere solus potuit;
necepsisse est, Vel Saluatorem appellare, quod rorique Græcè di
citur, Et surpato in te noua nouo verbo, quod veteres quoque
probaverunt, Vel, Ciceronis exemplo, Et circumscriptio dicere. Is, qui salutem dedit, quamquam circumscriptio
Et interdum non commoda solum, Verum etiam necessaria
videtur sic iterata sepius, Et dignitatem amittit, Et satis
tatem non parit. Hæc Ciceronianus ille.

Quin

Quin verò, etiam ab ipsomet IESV Salvatoris nomine in Cataio regno, *I E S V I T A S* Christianos omnes vocari docet Turcicus narrator in historicā Indiae Orientalis relatione pag. 171. Moguntiæ anno 1601. editus: accipiendo tamen *Cataium* illud regnum pro ijs Tartarorum terris, quæ Sinis ad septentrionem finitimæ. Alioquin hoc ipsum Sinarum regnum potius esse *Cataium*, eiusque urbem regiam *Pachinum* esse celebratam illam *Cambala* docet, qui ex ea urbe scribebat an. 1602 P. Jacobus Patagua.

Rauennæ extat *fratrum boni I E S V Collegium* à S. Margaritâ, cuius nobilitata virtus miraculis; erectum, Paulo Morigea teste lib. de originibus religionum. *Ordo I E S V A T O R V M* etiam ante annos 200. à S. Ioanne Columbino Senensi fundatus, ab Urbano V. alijs que Pontificibus census, & ordinibus alijs accensus est. Refert rem totam Iuris consultus Antonius Corsetus li. 30. quæst. in ordinis illius laudem.



CHRISTVS NOBIS OMNIA FACTVS, QVOD IN NOMINE I E S V declaratur.

CAPVT XXII.

Hoc insuper dulcissimo suo nomine I E S V, voluit nobis Christus declarare, quam noster omnino sit, & omnia, quæ eius sunt.

*Isa. 9.
Luc. 2.
Pernomē
Iesvs de-
claratur,
nobis
Christū
omnia
factum.*

*Quomo-
do hoc
declare-
tur.*

v. Iean. 2.

quam nostra sint. *Parvulus*, sicut Isaías, *natus est nobis*, *filius datus est nobis*; & *Angelus*: *Natus est Gobus hodie Salvator*. Notanda illa verba, *Gobis*, *nobis*, & hoc licet alijs nominibus significauerit nobis, maximè tamen nomine *Iesvs*. Ut verò ex præcipuis nostræ religionis mysterijs fructus uberrimus, & consolatio magna colligatur, hoc est valde cōsiderandum, ut omnia ea, quæ Christi sunt, non ita aēcipiamus, quasi aliena, & nihil ad nos pertinentia, sed ut nostra præcipue, qui enim ea alie na reputat à se, scipsum præcipuo fructu & gau dio priuat. Consideremus ergo omnia ea, quæ in Christo sunt, & vniuersa eius opera, ut capit is nostri bona, ac proinde nostra propria esse, & non secus, in illis ac de illis lætemur, quam de bonis nostris. Audis Christi labores, sudores, sanguinis fusionem, gaudet & exulta, tua sunt illa omnia, in illis habes gratissimum, quod Deo offeras pro delictis tuis munus. Audis summam gratiam, & favorem Christum obtainere apud Patrem, omniaque illi tradita esse, eiusque imperio canēta patere: habes hinc etiam quod exultes. Hæc enim tanta si iij Dei potestas in bonum nostrum expendetur, nostrisque cedet com modis, quia aduocatus noster est: *aduocatum habemus apud Patrem IESVM Christum*: quod similiter in ceteris omnibus intelligendum est.

Sed veritas hæc, qua diximus omnia Christi nostra esse, maximè in nomine *Iesvs* declaratur. Hac enim appellatione cognoscitur Christus torus mihi esse Saluator, quia est omnium malorum meorum depulsor, medicina, & remedium, & idem omnium bonorum cau sa, radixque efficacissima. Saluator enim hæc omnia in vniuersum complectitur, si in vniuersum, & simpliciter Saluator est dicendus. Non enim est hic *Iesvs*, Saluator eo modo, quo Ioseph, aut Iosue, qui particularem, exiguumque salutem artulerunt; sed omnium, & vniuersa salus est omnibus, hoc est, *Dilectus meus mihi*. Quasi dicat: *Factus est dilectus meus Christus ad mensuram*

mea-

mearum misericordiarum, necessitatumque. Hic solus omnia vota mea, & desideria explere potest, hoc est IESVS.
 Indiges patre? Voca IESVM, pater ille tibi aderit, cui fidenter poteris dicere, Pater noster, qui es in celis. Matib. 4.
 trem desideras? IESVS tibi mater erit. Ita Hieremias dicit: Nunquid obliuiscoporest mulier infantemuteris sui? Hier. 49.
 Et si illa obliuia fuerit, ego tui non obliuiscar. Fratrem desideras? ipse est primogenitus in multis fratribus. Dux est Rom. 8.
 tibi necessarius? Propter nomen tuum dux mihi eris, ut Psal. 30.
 satisfacias nomini tuo IESV. Ecce testem populus dedi Isai. 55.
 cum, ducent ac praeceptorem gentibus, ait eternus pater.
 Regem inquiris? Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Pa- Matt. 21.
 storis cura est necessaria? Ego sum pastor bonus. Luce in- Ioan. 10.
 diges? Ego sum lux mundi. Medico tibi opus est? en. Ioan. 9.
 medicum. Non est opus valetibus medico, sed male ha- Matth. 9.
 bensibus. Cibo cupis refici? Caro mea vere est cibus. Ve- Ioan. 6.
 ste eges? Induimus Dominum nostrum IESV M Chri- Rom. 13.
 sum. Haec verò omnia, & innumera alia in nomine IES-
 V comprehensa sunt. Hoc est nomen oleum effusum in Cant. 1.
 omnia, quæ diximus nomina; si vas tibi non deficiat, o- 4. Reg. 4.
 leum non deficiet. Aperi os tuum Ego implebo illud. Diui- Psal. 80.
 tie Christi tuæ sunt, Latare. Longè enim diuerso gau-
 dio exultabant, qui Algerij, detinebantur captiui, cum
 audirent magnati euidam in Hispania, ingentes esse di-
 uitias, & immensas opes ad ipsum liberandum esse para-
 tas: hoc enim proprij boni gaudium, haec vera est exul-
 tatio. Ita nobis hodiè est exultandum, quia IESVS
 noster est, IESV bona nostra sunt: Saluator est capti-
 uorum, pretia adducit redemptor. Ego autem in Domi- Habae. 3.
 no gaudebo, Ego exultabo in Deo IESV meo.

Coronidis loco subijciam insigne miraculum ad in-
 uocationem diuini IESV NOMINIS perpetratum:
 E regione Moluccarum, lato mari tractu intercurrente, si- Miracu-
 lum est amplissimum Cochinchina regnum, cuius Impera- lum pre-
 tor, cui Reges alijs sunt subiecti, sapientia per legatos egit, ut ad clarum,
 cum mitterentur, qui sacris mysterijs imbuerens tuum ipsum,

tum populos ipsius. *Huic rei dedit occasionem, quod Christianus quidam desixerat ante aedes suas crucem ligneam, quam semper, & ibi illac transibat. Venerabatur capite supplex demisso.* Vicini diurem confiscati, factaque tadio quodam perducti, manu facta illam deiecerunt, & conculca-
runt, igne vero admoto cum conarentur incendere, protinus omnes cum suis propinquis mortui coaciderunt. Praterea nobilis quidam diuturna paralyse decumbens in lecto, nulli idoneis opera iacebat omnibus frustra remedijs tentatis. Christianus inuisit illum, narravitque fore, si spem ponebat in Christo, & eius NOME supplices imploraret, ut sa-
nitatem recuperet; & ob id ipsi reliquit effigiem pictam Chri-
sti ascendentis. Egrotus, hortante Christiano, spe confir-
matus, oculos in imaginem desigens intimo maximoque ani-
mis studijs DEI NOME implorauit. Mirum dictu-
multus aspicientibus repente sanatus e lecto surrexit, &
Christo nomen dedit. Hac cum certo cognouisset Imperator
Conchinchina iam & oto Christianus, Magoremque Maca-
rum, que est Urbs Lusitanorum in littoribus Sinarum, le-
gatos misit, qui nomine ipsius orarent, & ad sua regna mit-
terentur, qui Christi doctrinam disseminarent. Hec Martinus Ignatius ex ordine Franciscanorum, qui fuit in ijs
regionibus.

Sed sicut nos nomine IESU perfectam salutem con-
tineti credimus, ita apud Iaponios secta quædam viget
Icoxuanorum, qui ad beatitudinem requiri aliud nihil
affirmant, præter unius NOMEN AMIDA: cuiusque præstan-
tissimis & salutaribus humano generi meritis iniuriarum
fieri, si quis opera virtutis, & suam cuiusque industriæ esse
præterea necessariam ducat. Hinc cum Bonziorum cō-
cionibus aures præbituri sunt, unius horæ spatio audi-
tores omnes ad parui pulsum tintinnabuli nixi genib⁹,
incredibili quadā significatione pietatis, rosaria manus
que tollentes in cælu, in oratione solent persistere voci-
ferantes assidue: *Namu Amida Ambat.* Hoc est: Da
salutem Amida: quod ipsum nomen etiam domi foris-
que

que, seu emant aliquid, seu vident, modulatâ quadam pronunciatione gestientes ac libentissimè sæpius inuocant quin etiam pauperes ipsi inter emendicandum ijs a quibus eleemosynam petunt, propitiū precantur *Amidam*. Bonzij vero ac legisperiti verba illa plebi inculcate non desinunt: *Ichinem, Amidabur, Sucumet, Marios, Zai*: id est, quisquis *Amida* sanctum nomen ex animo inuocauerit, procul dubio *salvus* erit. Ex literis Indicis.



QVANTA REVERENTIA PRO- SEQVENDVM SIT AVGVSTISSI- mum nomen IESV.

CAP. XXIII.

Nomen IESVS, est nomen summa cum veneratione, & proferendum & audiendum. De cuius veneratione agit Summus Pontifex Gregorius decimus, in sexto decreta-
lium libro, de immunitate Ecclesiastum, cap. Decet. Conuenientes (inquit) in Ecclesijs, nomen illud, quod est super omne nomen, (a quo aliud sub calo non est datum hominibus, in quo saluos fieri credentes oporteat, no-
men vide: icet IESV CHRISTI, qui saluum faciet populum suum a peccatis eorum) exhibitione specialis reue-
rentia attollant. Et quod generaliter scribitur, Et in no-
mine IESV omne genu flectatur, singuli singulari-
ter in seipsis implentes (principiè dum aguntur Missa-
rum sacra ministeria) gloriosum illud nomen quando-
cunque recolitur, flectant genera cordis sui, quod vel ca-

Quomo-
do vene-
tandū sit
IESV no-
men.

Actor. 4.

Math. 1.

Phil. 2.

pitis inclinatione restentur. Hæc summus Pontifex. Cum pingitur augustissimum hoc nomen, aureis vndique illuminatur radijs, cum proficitur aurea vndique illustretur cordas, ovis corporisque reverentia, ac pietate. Lau-

D. Laur. Justin ser. tentius Iustinianus: *I E S V*, inquit, *nomen pronuntia, de Corcū non ex ore tantum, sed etiam ex corde, adhibitus devotione, eis.*

fide, & pietate.

Cur autem hoc nomen Catholici assidue venerentur, & pro pia & debita erga hoc venerabile & dulcissimum nomen affectione sua, illo auditu vel caput aperiant, vel genu flectant, adversarij verò & neutrorum faciant, & alios id facientes effusè rideant; caussæ aliquot sunt affi-

gnandæ.

Nomen *I E S V* non temerè, sed ex mandato Dei impositum Christo est, *Vocabu nomen eius I E S V M*. Hoc quoque mandatum non ex sola voluntate imponentis, sed ex caussa & effectu significationis factum fuit. Addit enim Angelus. *Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum*. Nec significatio effectus vulgaris aut mediocris est, sed omnium qui unquam sacris nominibus adiuncti fuerunt longè excellentissimus. Nempè Saluator humani generis. Hoc ergo supremum & maximum redemptio nostræ beneficium in hoc nomine *I E S V*, recolimus: recolendo amamus: amando vene-

amur. Quærat quis, cum hoc nomen illi etiam homini impositum fuerit, qui Christi *I E S V* expressissima figura fuit, educendo populum Israël ex deserto in terram promissionis, sicuti solus *I E S V*s educit suos ex hoc mundo in cælum: cur igitur Iosue, vel Iesu Na-

ue nome cur no-
honora-
tur.

nomen non veneramur? Respondeatur, quia nec nobis Christianis, sed veteri populo beneficium contulit, nec

ipsum beneficium ille contulit, sed minister tantu illius

era: nec solidum ac sempiternum, sed temporale & ex-

iguum erat beneficium illius, cuius minister fuit. At ve-

rò noster *I E S V*s nomen est veneratione omni dignis-

simum, quia salutem æternam humano generi collatam

signi-

significat. Vere controuerium non est. Sed cur (inquit Conuin-
aduersarius) ipsi nominis honorem defertis, quasiq; sylla-
bas & sonū veneramini? O stipitum & stolonum acumē. adueſa-
cuntur
Nūquid huius vocabuli tonus auribus fideliū inanis lo-
nus est aut vacuus? Nūquid ita Christiano tonat sicut pa-
gano? Nonne pariter cum sono rem ipsam comprehen-
dimus, quotquot fideles sumus? At iſ quiſt̄, rem ipsam;
quantum voles venerare: sed curſi num hoc honore di-
gnum censes? Non ſonum, non syllabas, per ſe & solita-
riē ſumptas, δ zelosi, venerantur, ſed pariter cū ſono &
ſyllabis rem ipsam contentam & significatam. Vtrum-
que quidem, ſed vnum propter aliud. Tu quum I E S V
nomen audis & rem contentam non ineminiſſe non po-
tes: honorem rei prætermittis imp'ē, ne nomini hono-
rem exhibere videaris ſuperstitioſe. Hæc eſt tua ſcilicet
reigio. Dic ergò obieccio, an ſuperstitiosus Paulus erat,
quum diceret: *In nomine I E S V omne genu flectatur, Philip. 2.*
caleſtium, t. rreſtrium & infernorum. Secundum tuam
impierate in dicere debuiflet. Non in nomine I E S V,
ſed in ſola redemptione per I E S V M facta, omne ge-
nu flectatur. At Paulus nihil tuam infantiam moratus,
conſtanter dicit. *In nomine I E S V omne genu flectatur,*
non r: ni significatam excludens, ſed ipſu:n quoque no-
men ſignificans pariter includens. Et ne nomen hic
pro re ipsa aut virtute ſignificata poſitum dicas, vt ali-
bi interdum, *Déus in nomine tuo ſaluum me fac: & ſimi-*
lia. Paulus diſerte de nomine iplo perlouꝝ imposito
loquitur dicens. *Dedit illis nomen quod eſt ſuper omne no-*
mén, &c. Hoc ergò nomen I E S V datum filio Dei in-
catnato, hoc inquam nomen, eſt ſuper omne nomen,
& in hoc nomine omne genu flectit u. id eſt, flecti ebet,
etſi tu ad tempus illud hæretice non flectas, quod &
dæmones in ſuis arreptitiis ad tempus facere recuſant,
donec vi exorcismorum cogantur id facere. Propter
hanc ipſius nominis venerationem dixit iterum Paulus.
Nemo potest dicere Dominus I E S V S niſi in Spiritu fan-

Pſal. 53.

Phil. 2.

3. Cor. 12.

etio, id

**Cur Iesu
nomen,
non Chri-
sti vena-
mur.**

Philip. 2.

eo, id est, ea qua pars est reverentia & amore debito efferre nemo potest, nisi ex speciali gratia Spiritus sancti. Haeretici quia spiritum sanctum non habent (vnde Iudas de illis dicit, *animales spiritum non habentes*) ideo nulla cum reverentia hoc nomen profunt & audiunt. Sed dicat aliquis: Cur potius nomen IESU quam nomen CHRISTI hoc modo veneramur? Respondeo, quia Christus non proprium nomen, sed nuncupatio regni ac potestatis est: IESU autem proprium nomen, quod maximo suo labore emit, & ut laboris premium accipit. Etsi enim in ipsa Circumcisione hoc ei nomen impositum fuit, & in Conceptione promissum, tamen ideo est utrumque factum, quia saepe tempore facere debuit, quod nomen significat, videlicet *fatum facere populum suum*. Paulus igitur assert propere hoc nomen illi datum, quia maximo labore suo hoc defacto præstítit. Humiliatus, inquit, seipsum factus obediens Patri & que ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et in nomine IESU omne genu flectatur, &c. Datur ergo hoc nomen honorificissimum, quia promeruit: Nomen ipsum ab omnibus honoratur, qui hunc honorem prouiderunt. Quoties igitur nos Catholici nomen IESU genu flectendo honoramus, toti s' honorem illi debitum atque promeritum & magno pretio emptum exhibemus: toties facimus quod facere debemus atque tenemus, non solum ex congruo propter beneficij in nos collati magnitudinem, sed etiam ex debito propter aeterni Patris voluntatem atque præceptum, qui ideo hoc nomen filio suo dedit, ut in hoc nomine omne genu flectatur, ut hoc nomen omnes venarentur, & venerando confiterentur, quia IESUS est in gloria Patris. Quoties autem haereticus hoc nomen non venerantur, quoties genu flectere, & venerari recusant, quoties alios venerantes & genuflectentes irrident: toties Dei Patris præceptum atque

que voluntatem violent, toties Dei filio iniuriam faciunt & honorem debitum negant, toties Apostolo Paulo contradicunt, toties denique Ecclesiam Dei scandalizant, vel potius subfannant, postremò toties diabolo r̄m gratissimam faciunt, qui hoc eos specialiter docuit, & per eos, in alios hanc impietatem propagat. Aduertant illi potius quam recte petrinsignis in Iaponiā vir, Timazaca nomine, cum quendam in quodam periculo inclamans audisset, IESVS, MARIA, ex equo ilicē descenderit, Deoque gratias egerit, quod ubi dæmonum tantummodo prius nomina audiebantur, ibi iam suauissima IESV MARIA &c nomina invocarentur, prout ijs ē regionibus scripsit anno 1607.
Valentinus Caruaglio.

In Missa de hoc ipso nomine legitur

Oratio hæc:

Deus, qui gloriissimum nomen IESV CHRISTI
enigeniti filij tui fecisti fidelibus tuis summo suauita-
tu affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum at-
que terribile: concede propitius, ut omnes qui hoc nomen
IESVS deuotè venerantur in terris: Sancta consolationis
dulcedinem in presenti seculo percipient, & in futuro gau-
dium exultationis & interminabilis iubilationis obtineant
in celis. Per eundem Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM Filium tuum. Qui tecum sinit &
regnat in secula seculorum,

A M E N.



DE



DE ABVSU DIVINI IESV NO-
MINIS PER VANA IVRA-
menta.

CAPUT XXIV.

Cur no-
mine I-
esu per iu-
ramenta
non abu-
tendum.

Aug. ser.
28 de ver-
bis Apo-
stoli.

Jurandi
cōsuetu-
do exci-
panda.
Longè di-
stat a peri-
urio, qui
longè di-
stat a iu-
ramento.
Ambr. in
Psal. 118.
Eccles. 23.



Iuini nominis per iuramenta profanam
appellationem ut fugiamus hortatur Iaco-
bus cap. 5. suæ epistolæ : *Ante omnia, in-*
quit, fratres mei, nolite iuriare neque per ca-
lum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramen-
tum. Sit autem sermo vester est, est, non, non. Diuus Au-
gustinus : Isto, inquit, verbo (ante omnia) cautos nos fe-
cit Diuus Iacobus aduersus linguam nostram. Ante omnia,
air, ut attendatis præ ceteris, ut sigletis, ne surrepus so-
bis consuetudo iurandi, &c.

Cauenda autem iuramenta sunt, ne dum iuramus, in-
mendax iusiurandum incidamus. Falsa suratio, ait Au-
gustinus loco citato, exitiosa est, vera iuratio periculosa,
nulla iuratio secura. Et in sermone de decollatione Ba-
ptistæ. Dominus qui prohibuit iurare, supra ripam teno-
luit ambulare, ne p̄s tuus in angusto labitur, &cadas.
Item, Psal. 109. Homo qui per consuetudinem iurandi po-
seit in perseruari labi, bere prohibetur iurare, tanto enim
longius erit a periurio, quanto erit longè a iurando. D. Am-
brosius : *Voluit Deus te non iurare ne persires. Eccles.*
22. *Iurationi non assuecat os tuum, multi enim casus in*
illa.

Vigi-

Vigilandum ergo, invictoque animi decreto aduersis iuramenta lingua frenanda est, quæ si fæno non coeretur, in mille crimina nos dat præcipites. *Maior consuetudo*, ait Augustinus, *maiores flagitat intentionem, lingua facilitatem habet motus, in vido posita est, facile labitur in lubrico. Quanto illa citius, & facilis mouetur, tanto tu aduersus illam fixus es. Domabis si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si Christianum te esse cogitaveris.* Hæc Augustinus.

Exemplo vero suo nos ad extirpandam iurandi consuetudinem in sermone indicato de Baptista his verbis hortatur: *Timendo Deum iurationem abstulimus de ore nostro. Quis nos audit aliquando iurantes? luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione invocavi Dominum adiutorum, praesertim mihi Dominus adiutorium non iurandi. Nihil mihi facilis, quam non iurare. Imitemur sanctissimum Patrem, aduersus iurandi consuetudinem, Dei implorato auxilio, luctemur: nihil nobis facilis erit, quam non iurare: Vigilemus. Vigilabimus (ut ille ait) si timuerimus: Timebimus si Christianos nos esse, Deoque totius vitæ rationem reddituros cogitauerimus.*

Timore prauam hanc consuetudinem superare docet Chrysostomus exemplo oratoris illius, qui pratum humeri motum appensis vicit gladiis. *Dicitur*, inquit, *quod oratorum quidam, pro quadam stulta consuetudine, dexterum eundo humerum continuè mouebat. Sed tamen consuetudinem vicit, & gladios acutos & irinque humeris impoluit, ut vulneris timore, membrum inepte se mouens corrigeret. Hoc & tu lingua tua facias, & ipsi pro gladio diuinæ penæ timorem impone, & omnino superabis. Impossible enim est, meditantes & studentes, & opus hoc facientes, & quam superari. Hæc Chrysostomus.*

Quod si iusiurandum dare, opus aliquando sit, ex ore nostro, nomen sanctissimum Dei, debito cum comitatu prodeat. Adsit in primis animaduersio, atque

*D. Augu.
ser. 28. de
verb. A-
post.*

Lingua
facilitate
habetmo
tus, in v-
do & lu-
brico est.
Exemplo
S. Augu-
stini non
esse iurā-
dum.

Lingua ti
moris frē
no refræ-
nanda.

*Chrys. ho.
7. ad po-
pulum.*

Quomo-
do nomē
diuinum
in iura-

mento
proferē-
dum.

attentio, præterea veritas, reuerentia, atque necessitas comitetur, ita ut magnâ cum nominis diuini veneratione iusurandum proferamus : Prius tamen cuiusmodi de re agatur, diligenter consideremus, verissimamq; rem, & iuramentum necessarium, Deoque placere esse cognoscamus. D. Thomas : *iuramentum*, ait, est sicut medicina, quæ non semper accipitur, sed in necessitate. Iuro, ait D. Augustinus, sed quantum mihi viaetur, tum, ut magna necessitate compulsus : cum videro non mihi credi nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod von credit. Vides sanctissimum Patrem non nisi magna compulsum necessitate iurare ?

D. Thom.

Opusc. 7.

Iuramē
medicina
sumi de-
bet, tan-
tum cum
necessa-
rium est.

D. Augu-

ser. 28. de

Verbis A-
postoli.

In iura-
mēto ve-
ritas ma-
ximè re-
quiritur.

Philo.

Funda-
mentum
iuramenti
veritas.

Philo.

D. Ambr.

Psal. 118.

Theod. q.

41. in E-

xodus.

De reue-

Deveritate autem quæ iuramento inesse debet, quid loqui necesse est ? cum vir probus semper, etiam sine iuramento vera loquatur. Audi Philonem in libro de Decalogo :

Vt ille sum, inquit, fuerit, & rationali nature conuenientissimum omnino abstinere à iure iurando : & sic Geritati assescere. Et simplex sermo sim iuramenti habeat. Et in libro primo de specialibus legibus :

Quicquid vir bonus assenerat, perinde, ac iurato credi debet : cum verbum eius firmum sit, ac rigidum, nullo mendacio flexibile, veritate in qua fundatur, subnixum. Hæc ille, Vides firmum verborum, iuramentique fundamentum esse veritatem : hoc igitur primum loca, sine hoc iuramentum corruit. Vide quid requirat in iurante homine, idem Hebreus Philo in libro de Decalogo. *Iuratus*

ait, *debet omnes rei circumstantias diligenter perspicere: quanta sit, quam vera, quam bene à se percepta.* D. Ambrosius inquit : *Nemo bene iurat, nisi, qui potest scire quod*

iurat. Lux tibi præeat, si iurare disponis : id est cognitio Veritatis præcedat, & vinculum sacramenti, tibi non possit nocere. Vbi religio sanctior, ibi fides veritatis est plenior.

Iam vero, qua reuerentia Dei Nomen tractari debeat, docet Theodore tus : *Quid sibi vult, inquit. Non assumes nomen Dei tuis inuanum ? Quia amprohibe- ri dicunt, ne quis res vauas, hoc est, idola nomine Dei vo-*

cet :

cet: alis ne quis iurando mentiatur. Ego autem puto diuinam legem statuere, ne quis nomen Dei pronunciet, sine aliquaratione, & eluti docendi, aut orandi, aut alia quādam necessitate. Solent enim nonnulli, etiam ludentes, & ridentes, vt Venerit in linguam, reverendum N O M E N Dei proferre. Hoc arbitror diuinā lege prohiberi. Si enim permulti consuerunt, pretiosorem vestem, diebus festis reseruare; multò iustius est diuinum nomen, precibus, atque docendi officio consecrare. Hæc ille. Itaque existimat Theodoreetus secundo præcepto nominis diuini indecoram, & ridiculam appellationem, vt b'asphemias omittam, prohibeti.

Vrget vehementius Chrysostomus his verbis: *Nescitis quid sit Deus, & qualis debeat ore vocari? quod si de quopiam probo quidem viro loquamur, dicimus; Ostium ablue, & ita commemora. Nunc vero nomen super omnem nomen Venerandum, in omni terra admirabile, quod audientes demones horrent, temerarie circumferimus. Nonne dum Deus nominatur, oportet horrere? Et apud Iudeos quidem tam Venerandum erat Dei nomen, vt in lamina scriberetur, & nemini literas nominis ferre liceret, nisi sacerdotum principi, nunc autem velut quiddam vulgare, sic ipsius nomen circumferimus.* Hæc Chrysostomus.

Nomen Dei sanctum & tetragramaton I E H O V A impositum, cum sacris induebatur vestibus. Hæc res indicat Dei nomen summa cum veneratione capitii esse imponendum, non temere ac ridiculè pronuncian- dum, non mendacibus iuramentis adhibendum; abluto à mendacio ore, & cum laudis etiam præfatione proferendum. *Quomodo enim non est absurdum, ait D. Chrysostomus, seruum quidem non audere dominum nominati, & sine honoris præfatione appellare; angelorum vero Dominum, temere & contemptim ubique iactare? Vis discere quomodo ipsum appellant superiores potestates, cum quanto honore, quanta admiratione?* Videbam Domi-

rētia, que nomini diuino est habēda.

D. Chrys.
hom. 26.
pop. Anti-
ochen.

Exod. 28.

Nomen
Dei su-
pra capu-
ferendū,
& abluto
ore a mē-
dacio
proferen-
dum.

D. Chrys.
hom. 7. ad
pop.

I s a i a s . 6 .

num , ait I s a i a s , sedentem in throno alto , & eleuato , & Seraphim stabant circa ipsum , & clamabant alter ad alterum , & dicebant , S a n c t u s , S a n c t u s , S a n c t u s , D o m i n u s Deus S a b a o t h , plena est omni terra gloria eius . V idisti cum quanto n i m o r e , quanto honore nominant cum glorificantis , & laudantes , &c.

Denique quorsum iuras ? nimirum ut fidem dictis facias ; facies magis , si nunquam iures . Eiusdem Chrysostomi est sententia hæc . Hoc , inquit , interdum à non nullis audiui ; Nisi in auero , non credit . Tu es horum causa , que facile iuras . Quoniam si d non faceres , sed omnibus constaret , quod non tu es ; mihi crede dicenti ; quod illi , qui mille deuorant iuramenta , maiorem ipse fidem solo ntu inuenires . Et in fine Homiliæ 7 . Quod , inquit , non iuramentum , fide dignum hominem faciat , sed virtus et testimonia cum conuersationis integritas , & mens bona , sepe multis curantes disrupti sunt , & non persuadunt ; alii vero annuentes tantum , multo iuratis fide digniores appa- ruerunt . Philo verò in libro primo de specialibus legibus ; In tantum , inquit , vult quorundam impunitas , ut vel religiosissima , nec sine horrore audienda Dei nomina , congerantur aceruatim per summam impudentiam , quasi euicturi sint crebris detractionibus & sibi credatur , Fatus , qui non intelligunt ; consuetudinem crebro surant , argumentum esse perfida , non fides , duntaxat prudentiorum iudicio .

(5) ? (5)

D E



DE S. IOANNE EVANGELI-
STA SPECIALI CVLTORE NO-
nis IESV.

CAPVT XXV.

Sed nunc iij explicandi sunt, qui specialius præ ceteris sacratissimi nominis IESV cultu præcelluerunt. Inter quos meritò primatum tenet S. Ioannes dilectus Christi discipulus, qui hoc nomen IESV in singulis propè versiculis quum de Christo agit, apponit: & in suo Euangelio plusquam ducenties vicies IESVM repetit. Hic etiam dilectus Christi discipulus præ ceteris Euangelistis perfectius descripsit titulum & inscriptio- nem Crucis eius, sic scribens: *Erat autem scriptum: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.* Qui titulus nomen, patriam, causam necis exponit: nomen, IESVS est, patria, NAZARENVS: sic enim ab omnibus appellabatur; causa, REX IUDÆORVM, hanc solam ceteri Euangelistæ narrârunt; at Ioannes titulum integrum descripsit, qualis nunc habetur Romæ in Ecclesiâ sanctæ Crucis, quamuis sit ex parte vetustate exesus. Scriptus autem erat Hebraicè, Græcè & Latinè, non quidem partim Hebraicè, partim Græcè, partim Latinè, sed totus titulus integer tribus idioma- tis fuit scriptus, ut legi facile à quam plurimis posset, illo enim tempore maxima multitudo etiam externorum Hierusalem conuenerat. cum enim mors hæc pro omnium salute esset, & omni lingua, & nationi prædi-

Præ om-
nibus E-
uangeli-
stis loan-
nes IESV
nomen
sæpius
expressit.

Cur Pilatus Regē Iudaorū Christū inscripsit.

Chrys.ho.
84.

Notanda quædam in Euangelio Ioannis.

canda , magno mysterio communi titulo omnibus legendus est propositus. Chrysostomus duas adfert causas , cur *Regem Iudaorum* scriperit ; Prior est , vt Christum excusaret ; crucifixus enim cum esset cum latronibus , facile sceleratus , & similis à vulgo , quod tunc erat Hierosolymis copiosissimum reputaretur , & turpis mortis nota inureretur , idcirco titulo inscripsit , *Regem Iudaorum*. Altera est , vt Iudæos vlcisceretur : erat enim propter ipsorum pertinaciam eis infensus , propterea ignominia hac eos afficere voluit , qui suum Regem crucifixerint. Ignominia enim populi est tam turpis & ignominiosa mors Regis. Hæc est Augustini in exposit. *Psal. 56.* & est accommodatio confirmans expositiones dari solitas in verbis illis : *Ecce Rex Geſter , & Regem Geſtrum crucifigam ? & Rex es tu ?* non solum autem ignominia notam inurere Pilatus voluit populo , sed simul innocentiam , quam lauans manus confessus erat , scripto etiam manifestare. Crucifixum enim Regem verum , magnamque eius innocentiae iniuriam illustratam propter populi furorem significauit. Non possum h̄ic tacere singulare aliquid , & notatu dignum in Euangelio B. Ioannis ; qui præterquam quod copiosius ceteris Euangelistis diuinitatem Saluatoris tractauit , vnam etiam singularem obseruat in quibusdam suis Euangelijs conditionem , quod scilicet res tantâ cum particularitate , cum omnibus suis circumstantiis & conditionibus ad eas pertinentibus hominum oculis subiicit , vt si Ethnicus aut infidelis eas legeret , iuraret illas veraces esse historias. Ut enim prætermittâ Euangelia de Resurrectione Saluatoris , quam quasi in tabula depictam exprimit , videatur historia cæci nati , cum illâ instantiâ , & perplexis Pharisæorum interrogationibus ; quæ ibi commemorantur , atque inde intelligetur quid dicam. Dilucidius idipsum etiam conspicitur in historia resuscitationis Lazari , in quâ tot circumstantiæ , tot inter diuersos colloquia referuntur , antequam

quam ad miraculum peruenitur, ut homo quicunque candidus & sincerus, etiamsi Christianus non sit, si legerit, constanter afficitur, fieri non posse, ut pescator indoctus, qualis erat Ioannes, id omne fixerit. nisi processus ipsius negotij dux eius fuisset, & ipsum docuisse, quod hoc loco commemorat. Ad me quod attinet, fateor, si Philosophus esse Ethnicus, & hanc historiam legerem, essem eiusdem iudicij & opinionis. Idem credo & alios homines mecum dicturos, si attentè legerint, & singula bene consideraverint, quæ ibi narrantur; deinde ab omni affectu liberi iudicent. Idem S. Ioannes. peccata in nomine I E S V remitti, scribit his verbis: *Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter N O M E N e i s u s.* S. Ioannis erga SS. I E S V nomen affectum perquam venustè expressit carmine Hieronymus Vida poeta nequaquam contemnendus.

1.Ioan.3.

*Vsq; animo tibi fixus erat, tibi dulcis imago
Ante oculos, blandum obseruari N O M E N ad aures,
Quo superi catus, atque omnis curia cali
Auditio latantur, & infera regna tremiscunt.
Illum per nemora, & silvas, perq; alta canebas
Littora, & in solis per noctem montibus ibas.
Reddebat valles tibi I E S O N, & indique I E S O N
Saxa resulabant; iterabant omnia I E S O N.*

In Hymno
D. Ioan.
Apost.

Non possum mihi temperare, quin hoc transferam, quæ deuotissimus ille Pater F. Thomas à Kempis, amator & ipse, ac venerator huius sacrosancti nominis singularis, capite septimo & octavo libri secundi de Imitatione Christi, de amore I E S V super omnia, & familiari eius amicitia scripsit, in gratiam omnium, I E S V M verè amare cupientium.

Additio
ex Thom.
de Képis
lib. 2 c 7
& 8. de i-
mit. Chri-
sti.

*Beatus qui intelligit, quid sit amare I E S V M, & contem-
nere seipsum, propter I E S V M. Oportet dilectum pro dilecto
re inquere, quia I E S V S vult solum super omnia amari. Dilec-
tio creatura fallax & instabilis: dilectio I E S V, fidelis &*

perseuerabilis. Qui adharet creature, cadet cum labili; qui amplectitur IESVM, firmabitur in eum. Illum dilige, & amicum tene tibi, qui omnibus recedentibus, te non derelinquet, nec patietur in fine perire. Ab hominibus oportet te aliquando separari, siue velis, siue nolis. Tene a te apud IESVM viuens & moriens, & illius fidelitati te committe, qui omnibus deficientibus solus potest te iuuare. Dilectus tuus talis est natura, Et alienum non velit admittere, sed solus vult cor tuum habere, & tanquam rex in proprio throne sedere. Si scires te bene ab omni creatura euacuare, IESVS deberet libenter tecum habitare. Pene totum perditum inuenies, quicquid extra IESVM in hominibus posueris. Non confidas, nec innitaris super calatum ventosum, quia omnis caro fanum, & omnis gloria eius, Et fons fani cadet. Cito decipseris, si ad externam hominum apparentiam tantum aspexeris. Si enim tuum in alijs queris solatium & lucrum, senties saepe detrimentum. Si queris in omnibus IESVM, inuenies & tique IESVM. Si autem queris te ipsum, inuenies etiam te ipsum, sed ad tuam perniciem. Plus enim homo nocet sibi, si IESVM non querit, quam tuus mundus, & omnes sui aduersarij.

Quando IESVS adest, totum bonum est, nec quicquam difficile videtur. Quando vero IESVS non adest, totum durum est. Quando IESVS intus non loquitur, consolatio vilis est. Si autem IESVS unum tantum verbum loquitur, magna consolatio sentitur. Nonne Maria Magdalena statim surrexit de loco, in quo fleuit, quando Martha illi dicit: Magister adest, & vocat te? Felix hora, quando IESVS vocat de lachrymis ad gaudium spiritus. Quam aridus, & durus es sine IESV: quam insipiens & vanus, si cupis aliquid extra IESVM. Nonne hoc est maius damnum, quam si totum perderes mundum? Quid potest mundus conferre sine IESV? esse sine IESV, grauis est infernus; & esse cum IESV dulcis paradisus. Si fuerit tecum IESVS, nullus poterit nocere inimicus. Qui inuenit IESVM, inuenit thesaurum bonum, immo bonum super omne bonum. Et

qui

qui perdit I E S V M, perdit nimis multum, & plus, quam totum mundum. Pauperrimus est, qui vivit sine IESV: diffissimus, qui bene est cum IESV. Magna ars est, scire conuersari cum IESV; & scire IESVM tenere, magna prudensia. Esto humilis & pacificus, & erit tecum IESVS. Si deuotus & quietus, & permanebit tecum IESVS. Rotes citio fugare IESV M, & gratiam eius perdere, si volueris ad exteriora declinare. Et si illum effugaueris, & perdideris, ad quem tunc fugies, & quem tunc quares amicum? Sine amico, non potes diu vivere, & si I E S V S non fuerit tibi pra omnibus amicus, eris nimis tristis & desolatus. Fatuè igitur agis, si in aliquo altero confidis & letaris. Eligendum est magis, totum habere contrarium, quam I E S V M offendum. Ex omnibus ergo charis, sit IESVS dilectus specialis. Diligantur omnes propter IESVM, IESVS autem, propter seipsum. Solus IESVS Christus singulariter est amandus, qui solus bonus & fidelis inuenitur pra omnibus amicis. Propter ipsum, & in ipso, tam amici, quam inimici sunt tibi chari, & pro omnibus his exorandus est, & omnes ipsum cognoscant & diligent. Nunquam cupias singulariter laudari & amari, quia hoo solius Dei est, qui similem sibi non habet. Nec velis, quod aliquis in corde suo tecum occupetur, neque tu cum alicuius occuperis amore, sed sit IESVS in te, & in omni bono homine. Esto purus & liber ab intus, sine alicuius creature implicamento. Oportet te esse mundum, & purum cor ad I E S V M gerere, si sis vacare & videre, quam suavis est Dominus. Et reuestra, ad hoc non peruenies, nisi gratia eius fueris praeuentus & attractus, & omnibus evacuatis & licentiatis, solus cum Deo solo seniaris. Quando enim gratia Dei venit ad hominem, tunc potens fit ad omnia; & quando recedit, tunc pauper & infirmus erit, & quasi tantum ad flagella relictus. In his non debes deijci, nec desperare, sed ad voluntatem Dei equanimitate stare, & cuncta superuenientia tibi, ad laudem I E S V Christi perpeti; quia post hyemem sequitur aestas; post noctem redit dies; & post tempestatem serenitas magna.



 DE SANCTO PETRO APO-
 STOLORVM PRINCIPE, ET S. PAV-
 lo, qui non solùm viuens honorificè,
 sed etiam moriens nomen mira-
 culosè protulit.

CAPUT XXVI.

Hippol. de
AntiChri-
to.

Princeps Apostolorum Petrus fides petra, quē beatum iudicauit Christus Deus noster; ille docto Ecclesia, ille primus discipulorum, ille qui regni cānes habet, ut de eo loquitur antiquissimus & eruditissimus Episcopus Hippolytus, à nobis nequaquam prætermitti debet. Qui non solùm hoc nomen Iesu primus post S. Spiritus missionem mundo promulgauit, sed etiam eius em virtute maxima quæq; & stupenda miracula perpetrauit, atque ad dō pro eodem horrenda supplicia, ipsamque Crucis morte præsenti & alacri animo pertulit. Vnde igitur in tam imbecilla natura tanta vis, tanta fortitudo, tanta constantia, tantum animi robur, tanta laborum perpeſſio? Et quidem præcipua huius tantæ fortitudinis cauſa, SS. nominis Iesu inuocatio, & diuinæ gratiæ virtus extitit, cuius est non solùm hominis animam Deo gratam faceare, sed etiam omnium inimicorum telis inexpugnabile, & quo quis adamante duriorem magisque impenetrabilem reddere. Est enim gratia, ut ipsemet Aposto-

lus

Ius Petrus definiuit, diuinæ naturæ participatio, qua pius homo non solum diuinæ virtutis effigiem in suis moribus exprimit, sed etiam diuina virtute atque potestate ntititur, diuinisque armis aduersus ignita diaboli tela instruitur & armatur.

Hæc igitur SS. nominis I E S V, & omnipotentis gratiæ virtus & Apostolos, & Martyres insuperabiles, & omni humana potentia superiores fecit. Hæc Apostolum Petrum sic in fide stabiliuit & confirmauit, vt qui paulò ante a puellæ metu Dominum negauerat, postmodum huius virtute indutus ex alto coram toto Iudæorum, Pontificum atque Phariseorum senatu animosa illa verba proferret, quæ ipsos etiam Pontifices in admirationem rapuerunt; *Principes, ait, populi & seniores, si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in N O M I N E Domini I E S V C H R I S T I N a Z a r e n i, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis reprobatus est a vobis adflicantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo also salue. Nec enim aliud N O M E N datum est sub calo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quid his verbis animosius? quid constantius? quid mirabilius?* Hoc igitur diuinæ gratiæ opus fuit, à quâ cœlestes habitus proficiuntur, qui vires animæ nostræ vestiunt, ornant, proficiunt atque corroborant, qua sancti Apostoli tam multa atque horrenda supplicia pertulerunt. Nec parum ad hoc eos iuit, cœlestis præmij singularis quedam prælibatio. Petrus namque in Transfigurationis mysterio sacratissimæ humanitatis Christi gloriam vidit, quando resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta vero facta sunt alba sicut nix. Quo spectaculo tanto animus eius gaudio simul & admiratione completus fuit, vt extra se raptus, atque rerum omnium, suique oblitus, non alia re quam illa suavitate frui desiderans, diceret; *Domine, bonum est*

Act. 4.

Matth. 17

nos

nos hic esse, si sis, faciam as hic tria tabernacula &c. vide-
licet nesciens quid diceret; quoniam intelligendi facul-
tatem summa illa vis cælestis gaudi absorbuerat. Vas e-
lectionis quoque, & sacra Euangeli tuba Paulus in suis
epistolis plusquam ducenties vices (vel ut alij prodide-
runt, quingentis vicibus) I E S V M nominat. Hinc D.
Hieronymus inquit, in cap. primum Ephes. *Hoc patie-
batur Paulus de nimio amore CHRISTI, vt eum semper,
quem diligebat, etiam superflue & extraord: nari nomine-
naret.* In quibus sanctissimi Doctoris verbis notes tria.
inquit Serarius in cap. 2 losue q. 17. Primum. Illud, pa-
tiebatur. Est enim per excellens in diuinis amor, quan-
do ad illa se se quis passiuè potius, quam actiuè haberet, ut
ex Dionysio Areopagita obseruatum. Secundum Illud,
nimo, id est, summo seu maximo. Nam non in scri-
ptura tantum, sed in Plauto etiam prophaniisque alijs
legimus, *nimis, pro valde ac summopere.* Tertium, Il-
lud, *superflue accipiendum non simpliciter, sed ex quo-
rundam faltem opinione.* Sicuti & ipse S. Hieronymus
in eodem Ephes. cap. i putauit superflue bis positum, in
quo, cum tamen posterius ad Euangelium, cuius proximè
facta erat mentio, referatur. Pulchre vero Michael
Syngelus in S. Dionys. Areopag.oratione fol. 349 S. Pau-
lus ταλπιζων το σατικοφυον κα Φρεσον κηγυρα κα το θεον
κα δεσποτικον Βασαζων ονομα. Videlicet de seipso dixerat
Saluator ipse Actorum 9. v 15. *Vas electionis est mihi iste,*
*Et portet nomen meum cor am gentibus, & regibus & filiis
Israel.* Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro
N O M I N E meo pati. Moriens autem pro Christo &
capite iam abscisso ter nomen I E S V repetit, & tres
fontes ad triplicem capitum salutum repente exorti sunt,
quos & hodie propè Romam videre & gustare licet, la-
cteum quendam gustum habentes, maximè primum ex
tribus. Sic Cæs. Baronius Cardinalis in Annalibus:
Porro & locus ipse de aliis quoque nos admonet: que et si
minus scriptis consignata habeantur, fideli tamen maiorum

Tom. 1. an-
no Christi
L X I X .

trads

traditione testata redduntur : tres enim ibi scatent fonti-
culi dulcis aqua , qui tunc primum erupisse discuntur , cum
Pauli caput excisum tribus se saltibus vi quadam spiritu-
diuinitus agitauit , quorum prior dulcor , lactis saporem a-
liqua ex parte reddat ; ceteri quamvis haud longe a prime
dissent . paulo diuersum gustui saporem afferant . Cuius rei
ea ratio solet afferri , quod ipso primo fluxu lac venia dede-
runt , ac inde sanguinem : qui quidem locus plane celeber-
rimus , TRIUM FONTEVM dictus , frequenti Christia-
norum visitatur concursu .

De his fontibus exclamat Chrysostomus : O quales Hom. 8. in
Ep. ad E-
fontes .

Hanc totam historiam decollationis S. Pauli mysti-
cè explicauit pro concione B. Vincentius , sequentibus phes. &
ho. 5. in
10b.
verbis : Item in morte prædicauit . Etiam dicitur de capti-
te quomodo fecit tres saltus , & in quolibet dixit IESVS , Serm. in
& exhibat in quolibet saltu unus fons . Tres prædications cōmemor.
fecit in quolibet S. IESVS , IESVS , IESVS . Multam S. Pauli .
materiam habebat ad prædicandum . Hic est secretum I E-
SVS Ego dico quod istud nomen IESVS habet tres virtutes Phil. 2.
super omne nomen . &c. Vocatum est nomen eius IESVS .
Christus cognomen est ; & alias etiam tribus vicibus pro-
pter tres virtutes quas habet principaliter . Luc. 2.

Prima contra defectus spirituales .

Secunda contra malitia corporales .

Tertia contra pericula seu mala temporalia .

Defectus spirituales sunt peccata . Si aliquis est qui non
habeat contritionem de peccatis suis , & habet cor lapide-
um , & non scit quid dicitur , quod IESV Christo in cruce Matt. 27.
pendente petrae scissæ sunt , & monumenta aperta sunt ,
& mortui surrexerunt . Si quis contritionem habere , ponat
se coram crucifixo genibus flexis . & acuotè dic IESVS , fa-
ciendo signum crucis iuxta cor , & molletur ad panien-
tiam , & monumentum aperietur , scilicet os per confessio-
nem , & mortuus , scilicet spiritus resuscitabitur ad sta-
tum gratie . Idem est si aliquis in desiderio vindicta ponat

se co-

secorā crucifixo, dicendo I E S V S, &c. cogitans quomo-
do Christus pepercit crucifixoribus, & immediate veniet
ad te & nā dulcedo de illo fāuo mellis Paradisi, & intrabit
cor tuum, quod in memoriam passionis Christi remittes in-

Rom. 10. iuriam. Vnde omnis qui inuocauerit nomen Domini,
saluus erit. Nota, inuocauerit, scilicet intus in corde.

Nomen Domini, scilicet I E S V S. Deus dabit sibi contri-
tionem peccatorū. Ideo hoc nomen I E S V S contra dese-
tus spirituales facit tria: scilicet; mollificat cor, facit con-
fiteri, suscitat animam. Secundo dico, quod hoc nomen
I E S V S est contra malitias corporales. Si deuotionem habe-
remus, medici parum lucrarentur nobiscum. Nam omnes
virtutes sanctorum & angelorum sunt in hoc nomine I E-
S V S. Et ideo noster Hypocrates vel Galenus I E S V S, post-
quam salutem procurauit animabus nostris per redemptio-
nem; voluit etiam procurare & dimittere medicinam,
quando enim debuit recedere per ascensionem, ordinauit

Mare. 16. aphorismum dicendo: Signa eos qui crediderint, non di-
cit, qui sancti fuerint, hæc sequentur. In nomine meo
dæmonia ejcent, linguis loquentur nouis, serpentes
tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis noce-
bit, super ægros manus imponent, & bene habebunt.
O si haberemus deuotionem ad istud nomen, sed nullam
habemus nisi ad vanitates & sortilegia, & coniurationes.
Vnde dicit Psalmista: Homines & iumenta saluabis
Domine, &c. *Vnde si dolet caput, fac signum crucis in eo*
dicens I E S V S, &c. si fidem habes, & sanitas corporis non
sit nociva anima, sine dubio curaberis. Item, si habes fili-
um infirmum, si scit loqui, iusmet signando, dicat I E S V S,
&c. alias factas tu. Non fiat subito, sed cum deuotione,
quia emplastrum suauiter ponitur & cum caliditate, &
deuotione. Item & os mulieres qua cupitis concipere in utero,
dicatis I E S V S: quia virtus huius nominis I E S V S, dabit
vobis prolem si vultis. Item quando est pragnans, vt Deus
conseruet prolem in utero, quia multa concipiunt, qua non
possunt portare. Iaem de mulieribus, quando debent pa-

reli,

rere, faciant signum crucis, dicendo IESVS, & bi sentiunt dolores, quia melius est dicere IESVS, quam clamare ut capra. Ecce secunda virtus contra malitias corporales. In hoc ergo nomine habeatis deuotionem, quia non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oportet nos saluos fieri, nec est in alio aliquo salus. *Et loquitur de sanitate de bono contracto, quem S. Petrus curauerat. Illud ergo nomen inuocate non aliud.*

Acto. 4.

Tertio contra pericula temporalia vales hoc nomen IESVS. Tu homo bellicus, si sis in bello iusto, dic IESVS, non deficient tibi vires. Secus in bello iniusto, quia nescit diuisina iustitia patrocinium dare criminibus. Similiter si esses in deserto, & in circuitu tuo essent inimici tui, vel anima-
lita, dicas IESVS, & tu liberaberis. Item contra tempe-
statem fac erucem cum nomine IESVS, & non nocebit. Contra omnia pericula est medela. Vnde, Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit, iustus & exaltabitur: Nomen Domini IESVS. Vocatum est nomen eius IESVS.

Prou. 18.

Pater secretum, cum tribus vicibus caput B. Pauli saltauit, significans virtutem contra pradiatos tres defectus. Hæc B. Vincentius occasione trium fontium, & saltuum capitis S. Pauli Virtute etiam SS. nominis IESV Paulus Dionysium concedit. Nam sicut refert Magister Historiarum sacrarum super Actus Apostolorum. Cum Historia Paulus disputaret Athenis cum Dionysio, occurrit eis in Scholasticae. Ad quem Dionysius. Si dixeris huic caco, vt vi-
deat in nomine IESV Christi, ego statim credam. Sed ne
vtaris magicis verbis, ego tibi hanc verborum formam pra-
scribam. Cui Paulus. Ut omnis tollatur suspiratio, melius
est, vt tu ille verbis utaris. Quod cum fecisset Dionysius,
subito illuminatus est caco. Quo vero ipse
fuit conuersus.

Lyc. 2.





NOMEN IESV CORDI B. IG-
NATII INSCRIPTVM INVEN-
tum esse.

CAPVT XXVII.

Quanto
amore fla-
grauerit
S. Ignatius erga
nomen
I E S V.

Vint. lib.
10. cap. 57

Eruens ille & verè ignitus martyr Dei Ignatius, S. Ioannis Apostoli discipulus, qui post Euodium ecclesiam Antiochenam rexit (Euodius enim à B. Petro Apostolo Romam contendente, Episcopus ibi constitutus fuerat) tanto erga sacratissimum nomen I E S V amore inflammatus erat, ut quicquid loqueretur, quicquid scriberet, continuò I E S V S in ore, continuò esset in corde, ita vt vel in vnica epistola nomen I E S V S ultra quindenas vices repetierit, in alijs vigesimum numerum etiam excederit. Sicque hoc nomen I E S V viuens dilexit, vt in corde morientis sculptum cernere tur. Sic enim scribit Vincentius: Legitur in Vita sancti Ignatij, quod inter omnia sibi tempore passionis sue illata tormenta nunquam ab invocatione nominis I E S V CHRISTI cessabat. Quem cum tortores requirent cur hoc nomen toties replicaret, respondit: Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, & ideo ab eius invocatione cessare non vallo. Postquam a leonibus suffocatus est, non tamen dilaceratus, tortores solentes curiosius quæ sanctus dixerat expriri: cor eius à corpore ipsius euellunt, & illud scindentes per medium, totum cor eius inscriptum hoc nomine I E S V S CHRISTVS, litteris aureis inueniunt. Vnde ex hoc miraculo plurimi crediderunt.

Quæ

Quæ fides huic historiæ sit habenda, alij iudicent. Vtrum nam quædam videntur minus cum alijs scriptoribus hæc hic conuenire, vt pote illum non tantum dentibus bestiæ storia præfocatum, sed omnino laceratum, & voratum, babilis vi ferasque à maioribus tantum ossibus abstinuisse. Sic deatur. namque ipse Deum precatus dicitur, ne ipsi bestiæ, sicut alijs sanctis fecerant, parcerent, inquiens: *Vtinam Epist ad fruar bestiis, quæ mihi sunt preparata: quas Ego oro mihi Roman, velocius esse ad interitum, & ad supplicia, & Galici ad comedendum me; ne, sicut & aliorum Martyrum, non au-deant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me ergobo, & deuorer. Ignoscite mihi filioli; quid mihi prosit, ego scio.* Et iam iam rugientes leones audiens, ait: *Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, & panis mundus inueniar.*

Dn. Molanus de Picturis cap. 60. de hoc sancto a. D. Mola gens hæc habet: *Alicubi in manu eius cor vidi, cui literis nus con- au: eis inscriptum erat IHS. Qua pictura originem sump- trarium sit ex recentiorum scriptis. Nam legenda vocata Aurea sic afferit. habet. Et nonnullis interieatis: Meminerunt quidem eiusdem primò Canticum (dictum Sequentia) de nomi- ne IESV : & paulo aliter, sanctus Thomas quoque su- per orationis Dominicæ primam peritionem: ego tamen pu- taram hanc picturam non esse admittendam ad Ecclesiam, quia prototypo non satis respondere videtur. Nec veteres, qui diligentissimè citarunt illud: Frumentum Christi lum, &c. ad unum omnes reicuissent tam memorabile fa- dum, quod recentiores de ipso tradunt. Hæc ille, vir alio- qui, qui imagines receptas non facilè tolli patitur.*

Qui cquid sit tamē, sæpe vnustradit, quod plures silen- Plures tio præterierunt, neque hoc contrarium est aliorum huic ge- SS. historiis, quibus non semel similia contigisse legi- minæ hi- mus, atque ne plures afferam; testatum est apud om- storiæ le- nes, qui miraculis credunt, quomodo omnia sacratissi- guntur. mæ Christi IESV passionis arma, ipsiusque sacrosan-cta Trinitatis prorsus incomprehensibile mysterium in

B. Clara corde B. Virginis Claræ de Monte falconis, clarissime
de Mon- expressa fuerint, & ipsi nouimus, qui se oculis eadem
te falco- lustriasse & explorasse contestantur; Neque ab vno tan-
nis.

Nic Seru- dictum miraculum S. Ignatij proditur, sed habet adli-
riss. pulatores plurimos doctissimos & sagacissimos nostros

Alf. Sal- etiam seculo magni nominis vitos, qui facile sciri am-
mer. Io. O- ab auro secernere non runt; nil illaque fuit, quod me-
forius. Et moratam historiam tanquam fruictum aut fabulosam
alij plu- reiiceremus, & a praesenti syntagma excluderemus,
res. præsertim cum nihil contineat, quod cuiusquam con-
scientiam offendit, sed multum potius iuuare aique
ad pietatem incitare posse fuit.

Ser 1 de Addam hic in fine quam legi apud S. Bernardinum,

Ascens. 1- aliosque historiani de nobili milite, qui cum pie obiit
tem Pel- locis sanctis, ad vestigia C H R I S T I , ab ipso met in ca-
tar. Et lum ascendente terra impressa peruenisset, incidem
Rudol. corpore, animoque deficiebat, propter mortis suavitatem, &
C H R I S T U M vivendi desiderio, euolutus in calum,
vnde C H I S T U S ascenderat; cumque corpus, ut sit,
exenteratum esset, corporis ruunt in corde inculpta ver-
ba: (A M O R M E V S I E S V S .)

Concludam hoc caput precatiore Heronis ipsiusmet
Ignatij sacerdoti & in Episcopatu suo celoris, quam ad
eum iam martyrio coronatum concepit.


Oratio
Heronis
Episcopi
ad S. Mar-
tyrem
ignatium.

Acerdos, ex assertor sapientissimi Dei Ig-
nati, immaculata flosa induit, pereni fon-
tes saturate, a diabolo separate: agonista confi-
turus in stadio veritatis, acquisiri preciosam
salutem, confudisti Traianum, & Senatum Ro-
mae, prudentiam nunc non habentem: dome-
sticus nunc facinus Christi in dilectione, fidei,

Et qd-

& vita. Memor esto mei, filij tui Heronis: ut & ego ex hac vita exiens, sanctis connume-
rer, ut dignum nomen merear adipisci, & de
iniusta statione, atque à Deo aliena extraneus
inueniar. Ter quaterq; beate, qui ad talia per-
uenisti, pater Ignati, currus Israel, & auriga
eius. Euasisti mortem fugiendo, & de terrenis
ad cælestia euolasti. coronam deificam, & ma-
gnam meruisti, & in amabili Dei agone vici-
sti. Memento eius, quem nutriuisti, beate
martyr, & praesta mihi colloquium, sicut prius
faciebas.

Huc usque Heronis precatio ad S. Mart. Ignatium,
Antiochenæ Ecclesiæ lumen primarium.





DE AFFECTV S. BERNARDI
ABBATIS ERGA SS. NOMEN
IESV.

CAPVT XXVIII.

Mirus S.
Bernardi
affectus
erga sua-
uissimū
nomen
IESV.

Ser. 15. in
Cant.
Sap. 1.
Isai. 58.



Vis fando explicet melliflui illius Doctoris
& Abbatis sanctissimi Bernardi ardenter
affectum & penitus inflamatum animum
erga suauissimum & omni honore prose-
quendum hoc nomen I E S V ? Omnia enim eius scri-
pta miram suavitatem redolent , mellitam dulcedinem
gustantibus refundunt . Sed quis mihi hunc depingen-
ti , melius credat , quam si ipsam imaginem viuam in-
tueatur ? Viuam dico , neque enim mortuus de vitâ ita
disputaret , aut nisi viuus ad amorem commouere , ad
pietatem animos incitare posset : ipsum ergo loquen-
tem audiamus.

Benignus est spiritus sapientiaz , &
non consuevit esse difficilis se inuocatibus , qui saepe & can-
te quas inuocet , dicit: Ecce adsum. Audite iam quod o-
ratibus vobis per me indicare dignatur de eo quod heri
ad hoc ipsum distulimus , & orationu yestrarum fructum
tepestium percipite. En ostendo N O M E N , quod o eo
merito compaiatur : & quo merito , dicam. Multa quidē
spōsi vocabula sparsa per omnem diuinam paginā legi-
tis , sed in duo ea vobis vniuersa cōplector. Nullū , ut ar-
bitror , reperietis quod non aut pietas gratiam aut potē-
tiam maiestatis sonet. Spiritus ita dicit etiam persibi-

tam.

familiarius organū. *Duo* *hac* *audiui*: *quia* *potestas* *Dei*
est, & *tibi* *Domine* *misericordia*. *Ergo* *secūdum* *maiestas*
tem *sāctum* & *terribile* *nomen* *eius*. *Secundum* *pieta-*
tem *non* *est* *nomen* *aliquid* *sub* *calo* *datum* *hominibus*, *in*
quo *oporteat* *nos* *saluos* *fieri*. *Sed* *exemplis* *magis* *perspi-*
cuum *fiet*. *Hoc* *est*, *inquit*, *non* *en* *quod* *Vocabunt* *eum*,
Dominus *iustus* *noster*. *Nomen* *pote* *tiæ* *est*. *Item*. *Et*
Vocabitur *nomen* *eius* *Emanuel*. *Pietatem* *insinuat* *item*
ipse *de* *se*: *Vos* *Vocatis* *me*, *ait*, *magister* & *Domine*. *Pri-*
mum *gratiæ* *est*, *secundum* *maiestatis*. *Non* *enim* *mi-*
nus *pium* *est*, *docere* *anīmum* *scientiam*, *quam* *præbe-*
re *elcam* *corpori*. *Rursum* *Propheta*: *Vocabitur*, *inquit*,
nomen *eius* *admirabilis*, *consiliarius*, *Deus*, *fortis*, *pater*
futuri *seculi*, *princeps* *pacis*. *Primum*, *tertium*, *quartū*,
maiestatem *sonant*, *reliqua* *pietatem*. *Quod* *hōrum*
ergo *effunditur*? *Profectō* *maiestatis* *ac* *potentiæ* *no-*
men, *in* *id* *quod* *est* *pietatis* & *gratiæ*, *quodammodo*
transfunditur, *ipsumque* *effunditur* *abundē* *per* *IE-*
S V M *Christum* *saluatorem* *nōstrum*. *Nomen* (*verbi*
causa) *quod* *Deus* *est*, *nomē* *in* *id* *quod* *est* *nobiscū* *Deus*,
hoc *est* *in* *Emanuel* *līquescit* & *deficit*? *Sic* *admirabilis*,
in *id* *quod* *est* *consiliarius*: *sic* *Deus* & *fortis*, *in* *ea* *quæ*
sunt *pater* *futuri* *seculi*, & *princeps* *pacis*. *Et* *Dominus*
iustus *noster*, *misericors* & *miserator* *Dominus*. *Non*
dico *nouum* *quid*, *quondam* *quoque* *nihilominus* *Ab-*
ram *in* *Abraham*, & *Sarrai* *in* *Sarram* *effusa* *sunt*, & *iam*
salutiferæ *effusionis* *celebratum* *præfiguratum* *que* *my-*
sterium *recordamur*. *Vbi* *iam* *illud* *quod* *apud* *antiquos*
tam *terribiliter* *quam* *frequenter* *intonare* *solebat*,
Ego *Dominus*, *ego* *Dominus*. *Mihi* *dictatur* *oratio*, *cuius*
principium *nomine* *dulci* *paterno* *sequētiā* *obtinē-*
darum *petitionum* *præbet* *fiduciam*. *Serui* *nominan-*
tur *amici*: & *resurrectio* *non* *tantum* *discipulis*, *sed* *fra-*
tribus *nunciatur*. *Nec* *mirum*, *si* *cum* *venit* *plenitu-*
do *temporis*, *facta* *est* *effusio* *nominis*, *Deo* *quippe*
quod *per* *Iohelem* *promiserat* *adimplente*, & *effunden-*

*Psal. 61.**Psal. 110.**Acto. 4.**Hier. 23.**Isa. 7.**Ioan. 13.**Isa. 9.**Exod. 20.**Leuit. 20.**Num. 35.**Isa. 27.**Joel. 2.*

Exod. 3.

te de Spiritu suo super omnem carnem, cum tale aliquid & apud Hebræos olim contigisse legam. Credo vos præuolare & scire iam quid dicere velim. Quale erat inquam, quod sciscitanti Moysi primò responsum est: *Ego sum qui sum, et qui est, misit me ad vos?* Nescio an vel ipse Moyses caperet sic, si non videlicet effundetur. Sed fusum est, & captum est. Nec modò fulum, sed & effusum. Non infusum iam erat. Iam cæli habebant illud, iam angelis innotuerat. Est autem foris missum: & quod angelis ita erat infusum, ut esset & priuatum, effusum & in homines est, ita ut iam tunc

Cant. 1.

meritò clamaretur de terra: *Oleum effusum nomen tuum:* si non ingratæ plebis exosa peruicacia obstitisset.

Exod. 3.

Ait enim: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob.* Currite gentes, ad manum est salus, effusum est nomen, quod quicunque inuocauerit, saluus erit. Angelorum Deus, etiam hominum Deum se nominat. Oleum misit in Iacob, & cecidit in Israel. Dicite fratribas vestris: *Date nobis de oleo vestro.* Si nolunt, rogate Dominum olei, ut mittat & vobis. Dicite: *Auffer opprobrium nostrum.* Ne quæso insultet malevolus dilectæ tuæ, quam à finibus terræ euocare placuit tibi, tanto utique dignius, quanto minus dignam. Decet ne obsecro, ut benigni patrisfamilias iauitatos servus nequam excludat: *Ego sum (ais) Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob.* Et non amplius. Effunde, effunde, aperi manum tuam adhuc, & imple omne ani-

Matth. 8.

mal benedictione. *Veniant ab Oriente et Occidente, et recumbant cum Abraham, Isaac, et Iacob in regno calorum.*

Psal. 121.

Veniant veniant tribus tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Cant. 1.

Veniant & recumbant, epulentur & delectentur in latitia, & unus v-

Psal. 41.

bique resonet in voce exultationis et confessionis sonus e-

Cant. 1.

pulantis: Oleum effusum nomen tuum.

Vnum scio, si Philippum & Andream habuerimus ostiarios, repulsa

non omnino non patimur, quicunque oleum petimus,

quicunque volumus IESVM videte. Incunstanter
Philippus dicit *Andreas*: *Andreas autem ex Philippo di-*
cent Iesv. IESVS autem quid? Profecto quod IES-
VS: Nisi granum frumentum nunc cadens in terram mortuum *Ioan. 12.*
fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, *joan. ibid.*
multum fructum affert. Moriatur itaque granum, & sa-
gat gentium seges. Oportet pati Christum & resurgere a
mortuis, & predicari in nomine eius penitentiam & re-
missionem peccatorum, non solum in Iudeam, sed etiam
in omnes gentes, quatenus ab uno nomine, quod est
Christus, milia milium credentium Christiani dicantur,
& dicant: Oleum effusum nomen tuum. Agnosco *Cant. 1.*
enim nomen, quod in Esaiā legi, Seruos suos, inquit, *Isai. 65.*
Vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terrā,
benedicetur in Domino, Amen. O nomen benedictum,
O oleum usque quaque effusum. Quousque? de cælo
in Iudeam, & inde in omnem terram excurrit, & de to-
to orbe clamat ecclesia: Oleum effusum nomen tuum.
Effusum planè, quod non solum cælos terrasque per-
fudit, sed aspersit & inferos, adeò *Et in nomine Iesv Phil. 2.*
omne genu flectatur celestium, terrariorum, & inferorum,
& omnis lingua confiteatur & dicat: Oleum effusum no-
mentum. Ecce Christus, ecce IESVS, utrumque
infusum angelis, utrumque effusum in homines, & illos
homines, qui computruerant tanquam iumenta in
stercore suo, homines ex iumenta saluans, quemadmo-
dum multiplicauit misericordiam suam Deus. Quam ca-
rum, quam vile. Vile, sed salubre. Si vile non esset,
non mihi effunderetur. Si salubre non esset, non me
lucraretur. Particeps nominis sum, sum & hereditatis
Christianus sum: frater Christi sum. Si sum quod di-
co, heres sum Dei, cohaeres autem Christi. Et quid ini-
tum, si sponsi effusum est nomen, cum ipse quoque
effusus sit? Nam semetipsum exinanivit, formam serus
accipiens. Denique ait: Sicut aqua effusus sum. Effusa
est plenitudo diuinitatis, habitans super terram cor-

*Rom. 8.**Phil. 2.**Psal. 21.*

poraliter, ut de illa plenitudine omnes, qui corpus mortis gestamus, caperemus, ac vitali odore repleti dicemus: *Oleum effusum nomen tuum*. En quod nomen effusum, & qualiter & quatenus. Cur verò oleum? Nam hoc nondum dixi. In sermone superiore dicere cæperam, sed interuenit subito aliud, quod prædicendum videbatur, quanquam intermisericè vltra quam credidi. Quod non aliud esse reor, nisi quod fortis mulier sapientia misit manum ad colum, & digitis eius apprehenderunt fūsum. Nouit enim modicam lanam vel linum in longum producere filum, atq; in telæ extenderet latitudinem, & sic omnes domesticos suos vestire duplicibus. Est proculdubio inter oleum & nomen sponsi similitudo, nec otiosè spiritus sanctus alterutrum comparauit. Ego autem dico, in triplici quadam qualitate olei, quod lucet, pascit, & vngit: Si vos melius non habetis. Fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idem nunc & de sponsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Et percurramus singula. Vnde putas, in toto orbe tanta, & tam subita fidei lux, nisi de prædicato IESV? Nonne in huius nominis lumine Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat meritò Paulus: *Fuistis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino*. Hoc denique nomen coram regibus & gentibus, & filijs Israël portare iussus est idem Apostolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat vbique: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus*. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum: annuncians in omni loco IESVM & hunc crucifixum. Quomodo lux ista in splenduit, ac perstrinxit cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri tanquam fulgor egrediens, claudi viuis corporales plantas solidauit &

Prou. 31.

Ephes. 5.

Rom. 13.

bases

bases, multosque spiritualiter cæcos illuminauit? Nunquid non ignem sparsit, cum ait: *In nomine IESV Christi Nazareni surge & ambula?* Nec tantum lux est nomen IESV, sed & cibus. An non totiens confortaris, quotiens recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ira exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi IESVM. Si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi IESVS. IESVS mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis nostrum? veniat in cor IESVS, & inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, reddit serenum. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueum mortis desperando? nonne si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam? Cui aliquando stetit ante faciem salutaris nominis, duritia, (vt assolet) cordis, ignauiae torpor, rancor animi, languor acedia? Cui fons forte siccatus lachrymarum, inuocato IESV non continuò erupit vberior, fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum virtutis nomen non statim fiduciam præsttit, depulit metum? Cui quæsto, in dubijs æstuanti & fluctuanti, non subito ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduersis diffidenti, iamiamque deficiente, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animæ isti sunt, illud medicina. Denique & probare licet. *Inuoca me, inquit, in die tribulationis, eruante, & honorificabis me.* Nihil ita iræ imperium cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammanum, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino IESVM, hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignū,

Acto.3.

Psal.49.

sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanet, & roboret adiutorio. Hæc omni simul mihi sonant, cum insonuerit I E S V S. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium a potente: illa tanquam pigmentarias species, hoc tanquam vnde acuam eas, & facio confectionem cui similem medicorū nemo facere possit. Hoc tibi electuarium habes ò anima mea, reconditū in vaculo vocabuli huius, quod est I E S V S, salutiferū certè, quodq; nulli vñquā pesti tuæ inueniatur inefficax. Semper tibi in finu sit, semper in manu, quo tui omnes in I E S V M, & sensus dirigantur & actus. Denique & inuitaris. *Pone me, inquit, signaculum in corde tuo, signaculum in brachio tuo.* Sed hoc alias. Nunc verò habes vnde & brachio medearis & cordi. Habes, inquam, in nomine I E S V, vnde actus tuos vel prauos corrugas, vel minus perfectos adimpleas: itemque vnde tuos sensus aut serues, ne corrumpantur: aut si corrumpantur, sanes. Habuit & Iudæa quosdam I E S V S, quorum vacuis gloriatur vocabulis. Illa enim nec lucent, nec paescunt, nec medentur. Idcirco lynagoga in tenebris est usque adhuc, fame & infirmitate laborans. Et non sanabitur, nec satiabitur, quo usque sciat meum I E S V M dominari in Iacob, & finium terra, Et conuertatur ad Vesperam, Et famem patiatur, Et canes, Et circumeat ciuitatem. Et illi quidem præmissi sunt tanquam baculus ad mortuum, prophetam præuenientes, & sua interpretari nomina nequierunt. Vacua quippe erant. Superpositus mortuo baculus est, & non erat vox, neque sensus: quonia baculus erat. Descedit qui baculū misit, & mox saluum fecit populum suum a peccatis eorum, probans esse, quod dicebatur: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Nimirum qui dicit: *Salus populi ego sum.* Iam vox, iam sensus est, & patet eum non inane portare nomen instar priorum. Intus sensus, foris vox. Compun-

Cant. 8.

Psal. 58.

4. Reg. 4.

Mar. 2.

Eccles. 37.

enim

gor & confiteor, & confessio vitam indicat. *A mortuo enim tanquam qui non est, perit confessio.* Ecce vita, ecce sensus. Suscitatus perfectè sum, integra est resurrectio. An aliud mors corporis est, nisi cum sensu priuatitur & vita? Peccatum quod mors animæ est, nec compunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquerat vocem, & eram mortuus. Venit is, qui peccata dimittit, & utrumque restituit, & dicit *anima mea, Salus tua ego sum.* Quid mirum, si cedit mors, ubi vita descendit? Iam corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem. Iam oscitat puer, & oscitat septies: & dicit, Septies in die laudem dixi tibi Domine. Videte hunc septenarium. Sacer numerus est, non vacat. Sed melius hoc alij seruamus sermoni, quo famelici & non fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus, inuitante nos sponso Ecclesiæ Domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Psal. 34.

Rom. 10.

4. Reg. 4.

Psal. 118.

Iubilus S. Bernardi.

Iesv dulcis memoria	Nec lingua valet dicere,
Dans vera cordi gaudia:	Nec litera exprimere:
Sed super mel & omnia	Expertus potest credere,
Eius dulcis præsentia.	Quid scit Iesvm diligere.
Nil canitur suauius,	Iesv Rex admirabilis,
Nil auditur iucundius,	Et triumphator nobilis,
Nil cogitatur dulcius,	Dulcedo ineffabilis,
Quam Iesvs Dei filius.	Totus desiderabilis.
Iesv spes penitentibus	Mane nobis eum Domine,
Quam pius es petentibus,	Et nos illustra lumine,
Quam bonus te quærantib.	Pulsa mentis caligine,
Sed quid inuenientibus?	Mundū replens dulcedine.
Iesv dulcedo cordium,	Quādo cor nostrū visitas
Fons viuis lumen mentiū,	Tunc lucet ei veritas,
Excedens omne gaudium	Mundi viles cit vanitas,
Et omne desiderium.	Et intus feruet charitas.

Amor

Amor Iesu dulcissimus,
Et vere suauissimus,
Plus millies gratissimus,
Quam dicere sufficimus.

Hoc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio:
Per quam nobis redemptio
Datur, & Dei visio.

Iesum omnes agnoscite,
Amorem eius poscite:
Iesum ardenter querite,
Querendo inardecite.

Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.

Iesu auctor clementiae,
Totius spes laetitiae,
Dulcoris fons & gratiae,
Veræ cordis deliciae.

Iesu mi bone sentiam,
Amoris tui copiam:
Da mihi per presentiam
Tuam videre gloriam.

Cum dignè loqui nequeam
De te, tamen non fileam,
Amor facit ut audeam,
Cum de te solùm gaudeam

Tua Iesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.

Qui te gustant, esuriunt:
Qui bibunt, adhuc sitiunt:
Desiderare nesciunt
Nisi Iesum quem diligunt.

Quem tuus amor ebriat,
Nouit quid Iesu sapiat,
Quam felix est quem satiat?
Non est ultra quod cupiat.

Iesu deus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Desidero te millies,
Miles Iesu, quando venies?
Me latum quando facies?
Me de te quando saties?

Amor tuus continuus
Mihi languor assiduus,
Mihi fructus mellifluus
Est & vita perpetuus.

O Iesu mi duciisse,
Spes suspirantis animæ,
Te querunt piæ lachrymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Quocunq; loco fuero,
Mecum Iesum desidero:
Quam letus cum inuenero?
Quam felix cum tenuero?

Iam quod quæsiui, video:
Quod concipiui, teneo:
Amore Iesu langueo,
Et corde totus ardeo.


Iesu sum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepescit, nec moritur,
Plus crescit, & accenditur.

Hic amor ardet iugiter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat & feliciter.

Hic

Hic amor missus cælitus:
Hæret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur Sp̄iritus.
O beatum incendium,
Et ardens desiderium:
O dulce refrigerium,
Amare Dei filium
Iesv sole serenior,
Et balsamo suauior,
Omni dulcore dulcior,
Et cunctis amabilior.
Cuius gustus sic afficit,
Cuius odor sic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solus amanti sufficit.

Tu mentis delectatio,
Amoris consummatio,
Tu mea gloriatio,
Iesv mundi saluatio.
Iesv ad Patrem redijt,
Cælestè regnum subiit:
Cor meum a me transiit,
Post Iesv simul abiit.
Quem prosequamur laudibus,
Votis, hymnis, & precibus:
Ut nos donet cælestibus
Secum perfrui sedibus.



DE S. BERNARDINO, QUI
MOREM PINGENDI NOMINIS IESV
instaurauit, & quædam de Bartholomæâ eius amitâ.

CAPVT XXIX.

Mira de hoc sancto Patre narrantur, quantus nempè amator nominis Iesv fuerit, quæque mira ille virtute eius patrârit, ego tantum sub compendio quodam referam. Sunt plerique in eâ sententia, quemadmodum

lachry-

S. Bernardinus pre
cib. ami
tæ suæ in
via Dei
magis p
fecit.

Quā san-
ctæ con-
uersatio-
nis Bar-
tholomæ
a eius a-
mita fue-
rit.

Quo af-
fectu er-
ga SS.no-
men I E S V .

Bernardi-
nus pro-
pter I E S V M om-
nibus se
submittit

CHRISTI
passionē
vt consi-
derarit,

lachrymis beatæ Monicæ S. Augustinus conuertus est ad Dominum ; ita Bartholomæ amitæ eius preces & lachrymas , quas multis annis pro Bernardino ipsi charissimo fudit , id diuinitus impetrâsse , vt in via Dei magis ille proficeret , magisque confirmaretur. Fuit hac Bartholomæ cum primis veneranda , spiritalis , & Deo deuota famina , quam etiam multi pro sancta haberent. Vixit longo tempore in S. Augustini instituto & regula , ieiunijs , vigilijs , precibus & sui amoris macerationibus vacans , Deoque perpetim gratias agens. In sacris concionibus cum audiret nomen I E S V exprimi , non potuit continere sese , quin crebrò illud mellitissimum nomen repeteret cum singultu , rauçâ voce , accentu stridulo. Quamuis esset sapientissima , at tamen videbatur nonnunquam præ spiritus feruore quasi capi sensibus ad recordationem nominis I E S V , qui illi semper in corde , semper in ore erat , cui etiam sepè in lecto iacens , laudes alta & clara voce promebat. Bernardinus postea quam regulæ S. Francisci se subdidisset , præter cetera admiranda spiritalis vitæ exercitia , propter Dominum I E S V M cuilibet se morigerum & obsequentem præbebatur , seipsum peccatorum omnium , qui in terris essent , vilissimum atque deterrimum existimabat. Atque ea causa cum infinitis suspiriis & gemitibus precabatur veniam coram imagine crucifixi Salvatoris , magnas illi gratias agens , quod ad hoc vitæ institutum ipsum vocasset , in quo posset ei tranquilla conscientia , firmaque spe & fiducia seruire. CH R I S T I passionem tam acerbè deplorabat , vt præ dolore moriturus videretur.

Cum multa condolentia cōmemorabat , eius vitam peregrinationem , famem , sitim , æstus , frigora , vincula , flagella , contemptum , cruciatus. Valdè mirabatur illum præ immenso amore pro nobis ferentem crucem , nudum à cruce manibus pedibusque confixum miserè pendentem , miserandum in modum vul-

neri-

neribus saucium, & in tantis cruciamentis nostra cāsu morientem. Doloris gladio conficiebatur, cum se-
cum reputaret tristissimam illius matrem exanime cor-
pus eius excepsisse in sūnum suum. Eiusmodi pijs & fa-
lutaribus cogitationibus & meditationibus inflammabatur
animus ius ad ardua & corpori molesta ac dura
exercitia & opera amplectenda.

Crebrè totas noctes duxit insomnes in secrēta quæ-
dam loca sese abdens, atque illic vacans suæ destrōtioni.
Perpetuò aut legendo, aut meditando, aut orando, aut
diuina contemplando occupatus erat. Sæpè pugnis
suum tundebat pectus, vilem peccatorem se pronun-
cians. Dixi cruciabat corpus suum, & humum lachry-
mis madefaciebat, vt peccatoribus Deum propitium
efficeret. Non raro attentissimè & summo animi dolo-
re, contemplans Christi ignominiosam mortem, pre-
tiosumque sanguinem fusum pro nobis, in crucis for-
mam se humili extendebat, vt cum Christo foris & intus
sese crucifigeret. In adhortationibus suis, publicisque
concionibus, magno semper studio excitabat audito-
res, vt se gratos exhiberent, passioni & morti Saluato-
ris, deuotione inque & reverentiam præstarent sanctissi-
mo nomini I E S V, quod est super omne nomen, & in
quo omne genu flectitur, celestium, terrestrium, & infer-
norum: neque aliud nomen est sub celo datum homini-
bus, in quo oporteat nos salvos fieri.

Cernens autem multam esse messem, sed, proh do-
lor, op ratios paucos, vrbes, castella, & pages pera-
grabat, annuncians pigris & desidiosis mortalibus san-
ctissimum nomen I E S V: quod nomen vas electionis
Paulus portauit coram gentibz, Grecibz, & filiis Isra-
el: vt per hoc talutiferum N O M E N a Deo gratiam
impetrarent & misericordiam, quo per veram peniten-
tiam corrigerent malam vitam suam.

Solebat autem sub finem concessionum suarum popu-
lotibz tam spectandam preponere, idque in primis te-

In conci-
onib. ex-
hortaba-
tur audi-
tores ad
honoře
præstan-
dū S. I E-

su nomi-
ni.
Phil. 2.

Actor 4.
actor 5.

Nomen
E S V in

luijse

tabella
depictū
populo
mōstra-
bat.

ligiosè ac piè , in qua pictum erat dulcissimum nomen I E S V literis aureis , solis radijs vndeque cinctum : Por- rò populus illud sacratissimum N O M E N flexis geni- bus deuotissimè adorabat. Id verò conspicati quidam æmuli eius, diuino honori & saluti animarum inuiden- tes malitia depravati & peruersi, quotidiè ad eius conciones veniebant acti & incitati nequitia & mali- gnitate sua , vt quippiam ex eius ote raperent, vnde ei possent accusationem struere, & apud summum Pon- tificem falsò illum deferre. Annotarunt autem per ca- lumniam falsas quædam sententias, quas ab illo è sug- gestu prolatas fingeabant de suauissimo nomine I E S V secus, quām habeat fides Catholica.

Accusa-
tur apud
Pontifi-
cem.

Adiungebant ijs falsa quædam commenta vel inter- pretationes, vt coram Pontifice in hæresis crimen eum vocarent. Quod quidem etiam factum ab illis est coram Martino V. adhibitis ad sua commenta etiam ma- lignis & falsis testibus quibusdam. Atque ea causa sta- tim accersitus est à Pontifice Bernardinus , isqne nihil cunctatus , cum multo populo Viterbio profectus est Romam. Vbi mox ad Pontificis pedes humiliter se ab- iecit , plenus multa erga Deum fiducia. Pontifex autem acriter in eum inuestitus , ait , si quidem res sic se habe- rent, vt de illo relatum sit, non eum impunè id latu- rum, sed probè ipsum castigatum iri , tanquam teme- rarium Ecclesiasten , & pestiferæ heresis propugnatorem. Interdixit quoque illi sacris concionibus, & ne- nomen I E S V populo ostentaret, donec re examinata certi aliquid compertum esset. Interea multi docti vi- ri, & sacræ Theologiæ magistri , in omnes libros eius, quos ex diuinis literis collegerat , accuratè inquisie- runt, num quæ in ijs lateret hæresis , nōsse cupientes. Alij quidem Franciscani doctores Theologi acutis di- sputationibus Bernardinum ruebantur: sed ille quo- niam solidò veræ humilitatis niteretur fundamento, tam immanem iniuriam caussa amoris Christi patien- tissimè

tissimè tolerabat. Cùm autem inscriptis eius, nulla posset reperiri hæresis, Pontifex probè animaduertens omnem illam accusationem odio & liuore in Bernardinū comparatam, quippe qui in verbis suis inculpatus & verax deprehensis esset, illum ad se acciuit, & postquam ad quæstiones omnes audiuit humiliter respondentem, copiosissima eum impertijt benedictione sua, autoritateq; Pontificia clementer ei copiam fecit liberè prædicandi circumquaque verbum Dei, dulcissimumque nomen I E S V populis ostentandi, & palam gestandi. Atque ille post hæc mansit aliquandiu Romæ prædicās, & non mediocres in populo fructus producens. Æmuliverò eius, qui eum conati erant in discrimen capitis vocare, cum magno dedecore inde abiérunt, & qui præcipuus inter illos erat, Dei iudicio subitanea & improvisa extinctus est morte.

Venit quandoq; Bernardinus in oppidum quoddam, viditque hominem tabulas lusorias conficientem. Sciscitatatur igitur ex eo, calleretne aliam artem, qua si bi victim pararet? Illo negante, ait ad eum: Si vis facere, quod dicturus sum, habebis, vnde te sustentes. Ego verò, inquit ille, faciam equidem ac lubens. Tum Bernardinus circino expressit circulum, atque in eo nomen I E S V pinxit, sole circundatum: deinde ait ad virum: Tu fac similiter, fili, & habebis res vitæ degendæ necessarias. Fecit ille, & Deo fauente, populus magno cæpit studio complecti id genus nomina I E S V, plusque inde lucri accessit homini, quam ex damnatis illis tabulis lusorijs.

Cum aliquando Romæ concionaretur vir sanctus, es-
setq; corporis admodum imbecillâ valetudine, pia quæ-
dam matrona misit ei aromata vel confectiones, quibus
pectus suum corroboraret. Ille verò seuerus corporis
sui castigator, qui illud affligere, quam fouere eiusque
commodis studere maller, nuntio aromata afferenti di-
xit: Ego his rebus non indigo: sed eas in vicum, &

Innocens
declaratur à Pô-
tifice.

Pontifex
dat ei fa-
cultatem
Nomen
Iesv palâ
gestandi
& popu-
lo osten-
dendi.

Quendâ
à cōfici-
endis ta-
bulis lu-
sorijs a-
uertit, &
nominis
Iesv figu-
ram con-
ficere do-
cer.

Infirmus
delicias
reijcit, &
ijs alteri
infirmo
missis eū
curat.

quæras hominem ex affl. etissima valetudine decubetem, dicasque ei verbis meis : Frater Bernardinus mitit tibi hæc aromata ipsi missa, vt tu ijs in *nomine IESV* utaris, teque confirmes. Mira res : simul atque gustauit æger ille aromata, è lecto sanus surrexit.

*Mol. de pi-
ctur. &c I.
mag. cap.
56.*

De pictura memorata nominis I E S V D. Molanus i-
ctur. &c I. ta scribens : *Videri*, inquit, *posset inconuenienter nomen*
I E S V *pingi in radijs solaribus.* *Sanctus enim Antoni-*
nus dicit part 3. Historia tit. 24 cap. 5. quod Martinus Pô-
tifex san&o Bernardo mandauit, ne tabulam hoc no-
mine depictam, amplius, vt consueuerat, populo osten-
deret, veritus, ne ex ea nouitate aliquid superstitionis
aut scandalosum in Ecclesia suscitaretur. Quod etiam
ille, vt filius obedientiæ, humiliter impleuit. *Ista S. An-*
toninus. Sed hac tria mala, inquit Dn. Molanus, nunc
cessant. Si quidem Clemens septimus, potentibus Minorib-
us, instituit in toto eorum ordine, & sororum S. Clara Fe-
stum Duplex maius & solemnè de sacratissimo nomine I-
s v : idemq; Festum per multas Ecclesias celebre est, etiam
apud plebem. Hactenus Dn. Molanus.

Oratio ad I E S V M,

S. Bernardino Confessori adscripta.

O Bone I E S V , ô p i j f s s i m e I E S V , ô dulci-
sime I E S V , ô I E S V fili Mariæ virginis plene mi-
sericordia & pietate : ô dulcis I E S V , secundum magnam
misericordiam tuam, miserere mei. O clementissime
I E S V , te precor per illum sanguinem pretiosum, quē pro
peccatoribus effundere voluisti, vt abluas omnes ini-
quitates meas, & in me respicias miserum & indignum,
humiliter veniam petentem, & hoc nomen sanctum
I E S V s inuocantem. O nomen I E S V , nomen dulce-

nomen

nomen Iesv, nomen delectabile: nomen Iesv, nomen confortans: quid est enim Iesvs, nisi Saluator? Ergo Iesv propter nomē sanctum tuum, est ô mihi Iesys, & salua me: ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creasti. O bone Iesv, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O dulcis Iesv, recognoscere quod tuum est, & absterge quod alienum est. O benignissime Iesv, miserere mei, dum tempus est miseriendi: ne damnes me in tempore iudicandi. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in æternam corruptionem? Non mortui laudabunt te Domine Iesy, neque omnes, qui descendunt infernum. O amantissime Iesv, ô desideratissime Iesv, ô mitissime Iesv, ô Iesv, Iesv, Iesv, dimitte me in intrare in numerum electorum tuorum, ô Iesv, salus in te creditum, ô Iesv, solatium ad te confugientium: ô Iesv, fili Mariæ virginis, infunde in me gratiam, sapientiam, charitatē, castitatem, & humilitatem, ut possim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi seruire, & in te gloriari, & omnes, qui inuocant nomen tuum, quod est Iesvs. Amen.



DE VBERTINO DE CASALI
MIRIFICO NOMINIS IESV
prædicatore,

CAPVT XXX,

EN alium produço SS. nominis Iesv prædicatorem Vbertinum, Ordinis Minorum S. Francisci Professorem, qui centum quinquaginta articulis hanc matiam latissimè libris quinque est persequutus, in illo

opere, quod inscripsit, Arbor vitæ crucifixæ
I E S V.

Cuius unicum caput secundum libri secundi, hic describere placuit, eo quod contineat summam eorum omnium ferè, quæ de SS. I E S V nomine dici possunt. Titulum illius Capitis, sic inscripsit:

I E S V s prænominatus.

Lib. 2. c. 3.

Q Vid dicemus de nomine, quod est super omne nōmē: & quo nomine nominabimus innominabilis? O nomen non solum super omne nōmen; sed nōmen quod es omnia.

Nomen verbum: quia, In principio erat verbum. Nomen pronomen: quia omnium electorum poneris pronominalibus. Nomen participium: quia partem capit nominis, partemque verbi, quia de homine cœpisti naturam, non culpam: & es verbū veram retinens verbi personam, & verbi occultans gloriam; simul viator & comprehensor, totum habens, quod est hominis, totum quod est Dei sine commissione naturæ, vel distinctione personæ. O verbum aduerbiū, quia hominem assumptum facis stare iuxta verbum diuinum, suum te faciens suppositum. O verbum præpositio, cui accidit casus mortis, ut sis primogenitus ex mortuis. O verbum interiectio, qui interponis tē, ut fidelem mediatorem inter diuinam iustitiam, & damnatam naturam. O verbum coniunctio, qui coniungis summum infimo, deum limo, verbum homini, virginitatem matri, corpus ecclesiæ, tuæ fidei: lapsum miseriæ, gloriæ summi Dei. Quomodo ergo eris verbum nomen, cum sit verbum vocatum? Quis namque incomprehensibilitatem notabit, & dignum nomine nominabit? Contrahere verbum immensum, & induas parvulum, ut sis verbum abbreviatum, qui es verbum infinitum, quod solum dicit lin-

guæ

qua paterna, & audire lætatur auris angelica. Dicat te pater infantulum, & audire te poterit tota ecclesia peregrina. Et quia soluis inimicitias in carne tua, per hanc *Salus tua ego sum*. Vocabaris antiquitus Dominus Deus exercituum: & Dominus vltionum, & Dominus iustus noster. O dulce verbum abbreviatum propter amorem nostrum: voca seruos tuos nomine alio, in quo qui benedictus fuerit, benedicat in Domino. Amen.

Voca, inquit, nomine alio, & tunc in Domino gaudabo, facto filio virginis, nostro fratre uterino, parvulo verbo. Et nunc iam loquere nobis infans puer assumptionis humanitatis, & non loquatur nobis Deus maiestatis, quia licet hoc nomen sit sanctum, est tamen terrible, & ideo effundatur ut oleum nomen tuum, & tunc exultabo in IESV Deo meo. Attende autem anima quid sit illud verbum. Simul est immensum & parvulum, & IESVS filius Dei patris & virginis matris. Sicut etiam vniuersa viæ Domini sunt misericordia & veritas; sic vniuersa IESV sponsi vocabula sparsa in diuina scriptura complector in duo. Num ut arbitror reperietur nomen, quod non sonet aut gratiam pietatis, aut potentiam maiestatis. *Duo*, inquit David, *audiui: quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia*. Ecce habes duo nomina: nomen potentiae sanctum, & terribile Dominus iustus noster. Et quæ tibi dicta sunt supra, & in scriptura multa similia. Nomen pietatis insinuat Emanuel. Sed multa nomina dicit Isaïas: *admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi princeps pacis*. In his tria sunt nomina potentiae: scilicet, *admirabilis, DEVS, fortis*. Tria misericordiæ: *Consiliarius, pater futuri seculi, princeps pacis*. Sed si ista duo sunt nomina Sponsi, scilicet, misericordia & potentia, & sponsa cantat sponso: *Oleum effusum nomen tuum*, quod horum effunditur, ut fiatunctionis vnguentum? Profectò nomen potentiae & maiestatis transfunditur, & effunditur in nomen pietatis & gratiæ, per IESVM Christum Salvatorem: ut ver-

bi gratia. Nomen, quod est, *D E V S*, nonne suauiter in id quod est, *Emmanuel* effunditur, cū dulcis misericordia insinuatur, quia nobiscum *Deus*? Sic & admirabilis, in hoc, quod est consiliarius, & *Deus fortis*, in ea, qua sunt, pater futuri seculi, & princeps pacis. Et *Dominus noster*, misericors & miserator *Dominus*. Et illud quod tam terribiliter sonuit: *Ego Dominus*, in *Pater noster qui es in celis*. Serui, nominantur amici, & resurrectio non saltem *discipulis*, sed fratribus nunciatur. Sic *ego sum, qui sum*; quod dixit *Dominus Moysi*: statim effudit in nomen pietatis cum subiunxit. *Ego sum Deus abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*: vbi *Deus angelorum* dicitur, *Deus hominum*, & nomen cælis cognitum, est per Moysen terris effusum. Auarus fuit ille effusor, qui non nisi populo Iudæorum nomen salutis effudit: sed largus *I E S V S* effudit usque ad terminos orbis terrarum. *Venient, inquit, ab oriente & occidente, & recubent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno celorum*. Sed dimissis alijs nominibus effundamus *I E S V M* nostris, quæ *Sponsa vocat oleum effusum*. Sed primò videamus quis ipsum vocat *I E S V M*, & quare? Nam certè *I E S V S* est nomen effusionis, cum verbū se in carne effudit: vide quomodo alterauit nomina potentiae. Nam inquit *Isaias*: *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & gravis ad portandum*. Ecce quam terribile, vbi ardor, furor, & pondus, ad comburendum, ad seruendum, ad obruendum. Sed hæc in Mariae visceribus temperata sunt per *I E S V M* Christum.

*Ardor redactus est ad temperantiam,
Furor ad mansuetudinem,
Pondus ad leuitatem:*

Ut iam filius ab hoc vocetur *φίλος*, eò quod amor dici videatur. *Luc. I. Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei*. Hoc est, quod hic dicitur: *Vocatum est nomen eius I E S V S*: vbi & nominis nouitas & bonitas commendatur. Hoc igitur nomine vocatus

est

Isai. 30.

Luc. I.

Luc. II.

est à patre, qui saluauit hæreditatem, scilicet hominem quem creauit. In apocryphis Esdræ dicitur : *Reuelabitur filius meus his, qui cum eo iocundabuntur, & morietur filius meus I E S V S, & conuerteretur seculum.* In huius figura dixit angelus Ioseph. *Pariet filium, & vocabis nomen eius I E S V M, ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum.* Quis enim auderet à eterno verbo nomen imponere, nisi dicens pater inciperet, propter quod Isaiae 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini* *I s a i . 6 2 .* *nominauit, q. d.* Ille qui à eternaliter verbum dicit, hoc nomen I E S V S nobis nominandum concessit. Secundò mater nominauit eum I E S V M, cui saluauit integratatem. *Concipes in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius I E S V M.* Concipes, id est, totum capies simul in te & ex te. Addit, in vtero q. d. Iam concepisti mente, quem conceptura eras carne, & paries filium non statim post conceptum, ut quasi hoipes vnius noctis viator per te transeat, sed moram faciet nouem mensibus. Sicut sponsus libenter moratur in thalamo ubi delectabilem inuenit mansionem, nunquam a te euellendum ex fastidio. Sed quia & alijs ciuitatibus oportet eum euangelizare, & te virginem facere matrem multorum filiorum lætantem, & quando egreditur saluat sigillum, & facit gaudium. Non sic Beniamin fecit Racheli, & ideo vocauit eum filium doloris sui. Vocauit vxor Phinees filium suum Icabath, id est, inglorium : utraque persona dolore in partu occubuit. Sed beata virgo in partu suo à dolore & pudore libera per I E S V M, non solum saluata, sed læticata, vocauit I E S V M Saluatorem gaudiosum, quia in partu risum fecit sibi Dominus, ut omnis, qui audiret sibi dilectus filius collætetur eidem. Vocauit & angelus hoc nomen I E S V S, priusquam in vtero conciperetur, quia reparauit eius integratatem. Vocauit & mundus totus hunc parvulum natum hodie I E S V S, cui contulit diuinam conformitatem, ut omnis natura in homine assumpto, ad Dei unionem attingat, quia misit Deus fi-

*luc. 1.**Gen. 25.**1. Reg. 4.**luc. 2.**Ioan. 3.*

lum suum in mundum, ut saluetur mundus per ipsum.
Hoc ergo nomen est

*Ab patre pronominatum,
Ab angelo vocatum,
Ab angelo nunciatum,
Mundo collatum,
Ab Apostolis predicatum.*

Acto. 5.

Omnis die non cessabant in templo, & circa domos docentes Evangelizantes IESVM Christum. Ecce quam dulce Euangelium, Christus unctus, Christus salus, uictio dulcis, salus utilis.

Horatius.

Omne tulit punctum, qui miscuit stile dulci.

Sic ille tanquam candelabrum sanctum, super quod hoc nomen fuit. Sicut lucerna splendens, & sicut fulgor mundum illuminans. Paulus vas electionis ubique euangelizans IESVM, portauit nomen eius coram gentibus & filiis Israel. Sic & ipse gloriatur in huius nominis

1. Cor. 2. salubris scientia. Nihil reputauit me scire inter vos nisi IESVM Christum & hunc crucifixum. Est etiam ab om-

Phil. 2. nibus adoratum. Denique exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & in nomine IESV omne genu flectatur. An non omnis creatura genuflectit nomini eius, cum in omni creatura siant mirabilia propter nomen eius? O quam venerandum est credentibus, & ab eo salutem expectantibus, cuius nominis invocatio est ita mirabilis ac venerabilis creaturis omnibus, ut statim mutetur ad nutum eius. Et ab omnibus

Ioel. 2.

Act. 4.

inuocandum, quia omnibus salutiferum. Omnis qui inuocaverit nomen Domini saluus erit. De quo autem nomine intelligat aperit Petrus dicens: Non est aliud nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Et iterum. Non est in aliquo alio saluus. Loquitur autem de nomine IESV Christi Nazareni.

Sed si velimus huius benedicti nominis dulcedine latius effundere Saluatorē, secundum illud Bernardi: Oleū effunde, & senties virtutem eius. Inuenitur nomen eius

Pant-

*Penitentibus in refrigerium,
Ægrotantibus in remedium,
Pugnantibus in praesidium,
Patientibus in solatium,
Proficientibus in auxilium,
Deficientibus in subsidium,
Conscientibus in honorem,
Prædicantibus in testimonium.*

Invenitur præter hæc:

*Memorantibus in suspirium,
Postulantibus in suffragium,
Experientibus in fructum,
Peruenientibus in primum.*

Propter hæc omnia sit nomen Domini benedictum
in secula, quia *ante solem permanet nomen eius*. Referū-
tur autem istorum prima quatuor ad statum incipien-
tium, secunda quatuor ad statum proficientium.

Primò ergo est nomen I E S V S *penitentibus in refu-*
gium Quis peccator non timeat nomen potentiae, quis
audeat sustinere Dominum ultionum? Sed ecce I E S V S
dulce refugium, in quo exinanitur maiestas, & dulces-
cit pietas Ipse est spes unica, creditibus ad veniam,
de quo, *Vocabis*, ait Angelus, *nomen eius I E S V M*. Nec
caret effectu fidelis intuicatio huius nominis. *Scribo* *1. Ioan. 2.*
Vobis, filioli mei, quia dimittuntur vobis peccata vestra
propter N O M E N eius. Nota exemplum valde optimum, quia nullum inuocantem hoc nomen, I E S V S, in
tota silua Euangelij legitur, accepisse repulsam. Sed
damnata morte culpæ, remanet morbus concupiscentiæ, vnde recurrentum est ad nomen I E S V, quia ipse
est *agrōtantibus in remedium*, hoc est enim nomen I E S V
de quo Marci ultimo: *In nomine meo demonia exierint,*
linguis loquentur nouis; serpentes tollent, id est, serpenti-
nas suggestiones, *E si mortiferum quid biberint*, trans-
eundo quippe ad modum potus, non masticando per-
moram, venenum scilicet malæ delectationis, non ei-

al. rescri-
gerium.

March. 1.

nocebit, ad mortem supple: super agros manus imponent,
 Et benè habebunt. Habes ergò anima mea secundum
 Bernardum, reconditum electuarium in vāsculo huius
 vocabuli, quod est I E S V S, quod nullo tempore pesti
 inueniatur inefficax. Habes anima mea in nomine I E
 S V, vnde actus tuos prauos corrugas, vel minus perfe-
 ctos diligenter impleas, vnde sensus tuos aut ne cor-
 rumpantur, serues: aut, si occupantur, sanes. Exem-
 plum de infirmo quem sanauit Dionysius adhuc infide-
 lis, præsente Paulo ad nomen I E S V. Sed si contentus
 Pharaon surgat ad scandala, adhuc recurrendum est ad
 nomen I E S V, quia ipse est pugnantibus in præsidium.
 Subiecit enim omnem feritatem inimicorum, vnde

Luc. 10. dicitur. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum
 gaudio dicentes: Domine, etiam damnia subiiciuntur
 nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Sathanam
 sicut fulgor de celo cadentem, Ecce dedi vobis potestatem
 calcandi supra serpentes & scorpiones, Et supra omnem
 virtutem inimici, Et nihil vobis nacebit. Veruntamen in
 hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur, Et
 Nota quod non dimittit rex libenter militem strenuum
 ac fidelem seruum suum nomen inuocantem & claman-
 tem perire: vnde in Psalmo: Protegameum quoniam co-
 gnosuit nomen meum. Et Proverbiorum 18. Turris fortissima
 nomen Domini. At ipsum recurrit iustus, & exalta-
 bitur. Sicut euc urrit B. Agatha, quæ feras immites ad
 nomen I E S V Christi mansuescere asserebat. Sed quam-
 quis non permittat Deus, seruos suos in tentatione suc-
 cumbere, permittit tamen eos multas afflictiones su-
 stinere. Sed non desperandum, nec obliuiscendum no-
 minis I E S V, quia ipsum est patientibus in solatium,

Psal. 90. vnde consolatur patientes: Beati estis cum maledixerint
 vobis homines, &c. Ideo ibant Apostoli gaudentes, Et
Matth. 5. Et menti inflammatæ puto quod est inæstimabilis la-
Actor. 5. titia solum inebriatione amoris sui, & appetitu simili-
 tudinis cordis & corporis sui, nullo alio præmio expe-
 ctato.

cato. Et nonne vides, quod s^epe est gaudium homini pati pro amico mortali, tamen nescit ille pro quo pa-
sio sustinetur. Quantò magis pro u^eo immortali, qui omnia contuetur, & pro dilectissimo I E S V, qui omnia portat in nobis, & primò omnia portauit pro nobis. Hoc attendens Paulus: *Ego, ait, non solum alligari in Hierusalem, sed mori paratus sum pro nomine Domini I E S V.* Sic ergò nomen Domini I E S V est incipientibus
In refrigerium contra reatum culpa,
In remedium contra morbum concupiscentie,
In praesidum contra malum culpa,
In solarium contra malum p^ana.

Act^r. 21.

Sicut ergò valet nomen Domini I E S V contra ma-
lum, &c. Ita proficientibus valet ad bonum. Primò e-
nim est procedentibus in auxilium, vnde in Psalmo:
Deduxit me super semitas iustitia propter nomen suum. Item, propter nomen suum præsentat mihi totius ho-
nestatis exemplum. Bernardus: *Siquidem cum nomino I E S V M; hominem mihi propono mitem, humilem corde;*
sobrium, benignum, castum, misericordem, & denique om-
ni honestate conspicuum. Ideo tibi semper in sinu sit IESVS,
semper in manu, quo tui etiū sensus in idipsum dirigan-
tur & actus. Psal. *Domine in lumine vultus tui ambula-*
bunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Item, quia
 laborantes contingit deficere, adhuc est *in subsidium*
 deficientibus quod figuratum est Act^r. 4. vbi ait Petrus
 illi clando. *In nomine I E S V Christi surge & ambula.*
 Et sequitur ibidem de sanatione eius. *Si enim sedes per*
 pigritiam, te Christus sanat excitando torporem. Si per
 impotentiam, sanat conferendo vigorem. Bernardus:
Cum I E S V M nomino, hominem mihi propono, qui & suo
 exemplo me sanat, & roborat adiutorio. Item, quia non
 solum proficit in operatione virtutis, sed in verbo ve-
 ritatis, nomen I E S V non solum iuuat operantes sed
 honorat credentes. Est enim confitentibus in honorem,
 Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt*

Psal. 22. P^r.Act^r. 4

in nomine eius. Et hic non est modicus honor. Si enim filij, & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Hæc cognoscebat qui se non permittebat adorari a Ioanne. Vide, ait, ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium I E S V. Item non solum est confitentibus in honorem, sed predicatoribus in testimonium. Profecti enim Apostoli predicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis: quia re vera siebant in nomine I E S V, vnde dicitur Marc. vlt. In nomine meo demonia ejiciunt, &c. Item, nota quod illud, quod tunc confirmat per modum illustrationibus luminosis scripturas declarantibus contra doctrinas falsas hæreticorum, confirmat etiam nunc refectionibus dulcorosis in mentibus electorum. Et ideo Ecclesia Christi sponsa, eius testimonio semper fulta iubilat in Psalmo: Deus, docuisti me à insuertute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilius tuus. Sic igitur ipsum nomen Domini I E S V est salutare profcientibus

*Adiuuando procedentes,
Reuenando deficiente,
Honorando confitente,
Premouendo predicante.*

*Propterea nomen Domini I E S V est memorantibus
respirarium; vnde Bernardus:*

*Dulcis I E S V memorie,
Dans vera cordis gaudia,
Sed super mel & omnia,
Eius dulcis præsentia.*

*Nil canitur suauissim,
Auditur nil iucundius,
Nil cogitatur dulcissim,
Quam I E S V Dei filius.*

*Ser. 15. in Idem Bernardus: Si scribis non sapit mihi, si non legero
Cant. ibi I E S V M. Si displices aut conferas, non sapit mihi nisi
sonuerit ibi I E S V S. Hæcine sic faciunt moderni præ-*

dican-

dicantes, qui dimitentes s^æp^e I E S V verba, & spiritus sancti, & Apostolorum, gloriantur cum boatu oris loquentes s^æp^e malierculis & secularibus proprijs verbis Aristotelis pagani, Auerrois Saraceni, & aliorum imicantium cruci Christi. Et licet veritas à quocunque dicatur sit à Spiritu sancto, tamen insipida est talium allegatio, & ut plurimum fastuosa, & s^æp^e de ignorantia scripturæ procedens, quia s^æp^e quod allegant aridum, siccum, imperfectum de scriptura pagani damnati, multò melius, plenius, sapidius, & liberalius ac hilarius inuenitur in scripturā Christi, & alicuius eius sancti discipuli, quæ est dulcorata charitatis sapore, & istos tales in prædicationibus & sermonibus adducere, (qui licet dicant aliqua vera, dicunt tamen multa falsa & periculosa) est alijs ministrare materiam, quod ad eorum vanum studium inducantur. Sed redeamus ad nostrum I E S V M, & cum Apostolo non ostendamus nos aliquid scire nisi Christum I E S V M: Ecce hunc crucifixū, exemplo B. Ignatij, & centrum & circumferentiam cordis nostri sculpentes I E S V M, qui ipsum I E S V M viuens & moriens eructabat de corde pleno, & mortuus reliquit intra se scriptum literis aureis in corde corporreo. Est iterum nomen I E S V postulantibus in suffragium. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ecce Nec mirum, quia nomen I E S V titulus est nostræ petitionis in gloria Dei patris. Eius enim nos profitemur filij, qui ipsum inuocantes per fidem sumus ei configurati. Sed vis illius tituli contra salutem peccantibus aduersatur, propter quod S. mater Ecclesia, quæ semper petit salutaria, & semper est Christi sponsa, in omnibus petitionibus suis adiungit: Per Dominum nostrum I E S V M Christum, Ecce. Et ideo nunquam repulsam patitur, quin semper exaudiatur ad fructum salutis. Est iterum nomen I E S V experientibus in fructum & delectamentum. Bernardus: Non est tantum lux nomen I E S V, sed cibis est. An non toties conforta-

Ioan. 16.

756.

Ser. 15. in Cant. *ris, quoties I E S V recordaris; Oleum est enim nomen I E S V. Aridus est enim omnis anima cibus, nisi hoc oleo condatur. Quid enim ita mentem cogitantis impinguat, quid ita exercitatos reparat sensus, Virtutes roborat, vegetat mores, & castas sonet affectiones.*

*Tua I E S V dilectio,
Grata mentis refectione,
Replet sine fastidio,
Dans famam desideria.*

*Est postremdo nomen I E S V peruenientibus ad primum. Est enim non parua gloria beatis, quod insigniuntur nomine Saluatoris: vnde Apocal. ultimo, Seru*eius*, id est, Agni, seruient ei. Et videbunt faciem eius & nomen eius in frontibus eorum, quasi corroborati eius nomine, tanquam diadema. Psal. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Ideo illa centum quadraginta quatuor millia, qui stant cum Agno, & fruuntur ipso, describuntur habere nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et hic quadruplex effectus quo ad statum perfectorum.*

*Excitat memorantes ad devotionem,
Quietat postulantes per exauditionem,
Satisfacterientes per refectionem,
Coronat peruenientes per sui figurationem & distinctionem.*

Potest autem apertius & breuius distingui sic, quod nomen I E S V S est

*Penitentibus in refugium salvationis,
Pugnantibus in praesidium protectionis,
Patientibus in remedium consolationis.*

Hoc quo ad incipientes, contra malum triplex culpe, pugnæ, & pñæ. Ita nomen I E S V est

*Credentibus in honorem dignitatis,
Prædicatoribus in testimonium veritatis,
Laborantibus in testimonium virtutis.*

Hoc quo ad proficientes, secundum quod conuenit

tripli-

tripliciter proficere: coide, ore, & opere. Item nomen IESV est

Meditantibus in susprium deuotionis,

Postulantibus in suffragium orationis,

Experientibus in fructum refectionis.

Hoc quo ad contemplantes: secundum quod continet Deum memorari meditando, postulare orando, experiri gustando.

Vltimò nomen IESV est *peruenientibus in primum retributionis*, quo ad beatos in statu gloriae.

O nomen super omne nomen, quod continet omne nomen: Nec ipse figuræ literarum quibus competreris, vacant à prophetia tuæ significationis:nam I.H.S. & titulus, faciunt IESVS.

I. *Persona diuinitatis,*

H. *Inspiratio sanctitatis,*

S. *Inclinatio maiestatis,*

Titulus redemptio captiuitatis.

I. inquam, persona diuinitatis. Est enim media vocum, & Verbum, filius Dei, medius personarum. Sed quid? I. litera minima est in formâ, maxima in sacramento. Persona filij Dei exinanita in paruulo IESV nostro, maxima in mundo redemptio. Est enim I. litera in metro modò vocalis, modò simplex consonans, modò duplex. Item I. modò simplex litera, modò syllaba, modò dictio est: verbi gratia. Simplex vocalis est in hoc verbo, IBO. Simplex consonans, ut in hac dictione IESVS. Duplex consonans, ut in hac dictione, maior cum inter duas vocales ponitur. Syllaba est in predicto verbo, IBO. Dictio est, cum I, verbum imperatiuum ponituri. vade. Magnum ergò mysterium est, quod I. litera caput est in nomine IESV. Super hoc caput, caput omnium Ecclesiarum fundatur Romana Ecclesia. Media inter vocales designatur, quia media inuocatione gentium, quæ per quinque vocales designantur. Propter quinarium sensum, in qui-

bus

bus vixerunt, dicit Isaías de vocatione gentium. In die
 illâ, utique Christi I E S V , erunt quinque ciuitates in
 terrâ Ægypti, scilicet mundi, loquentes lingua Chana-
 nœ, id est, cœli Christianitatis. Ciuitas Solis voca-
 tur Genœ; hæc est Romana ecclesia, dignitate, veritate,
 sanctitate una & summa. Simplex litera est, I. in par-
 uilitate Infantis. Syllaba est in sono prædicantis. Di-
 ctio est, I. in verbo imperantis; vocalis est, I, per se
 solum faciens in gratiâ prædestinationis. Simplex con-
 sonans est in gratia iustificationis. Duplex consonans
 est in duplice stola fruitionis. Est enim duplex conso-
 nans in officio mediationis inter Deum & hominem.
Mediator Dei & hominum, homo Christus I E S V S, ait
 Apostolus. Item I, est duplex consonans in vinculo
 vniōnis. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo,*
Matt. 6.
in medio eorum sum, &c. Alter est duplex consonans, in
 vniōne animæ & carnis, in persona diuinitatis. H. est
 aspiratio sanctitatis. Cum enim omnes literæ sint, sola
 ista nō est litera, sed aspirationis nota. Quia omnis hu-
 mana concptio habet plenam literam virilis semina-
 tionis. I E S V nostri conceptio habuit solam notam
 spiritus sancti inspirationis. Non enim in virgine est
 conceptus humano semine, sed mystico spiramine. Et
 sicut H. est in metro, ac si non sit, sic & spiratio Spir-
 itus sancti sic est ad conceptum hominis Christi, ac si non
 sit, ad corruptionem virginalis vteri. H. litera est o-
 ctava, & I E S V conuenit, quia octauum noui testa-
 menti per resurrectionis mysterium octauo die resur-
 gens consecrauir. Iste benedictus I E S V S aspiratio
 voluit fieri, quia de inspiratione concipi voluit, vnde
 & sponsa virgo Maria, mater & filia, soror & dilecta.
Dilectus, inquit, meus mihi de substantia spiritus sui mi-
 nistrat sacrando & fæcundando vterum. *Et ego illi, il-*
 lum concipiendo de substantia carnis meæ ministro
 sanguinem purissimum, qui pascitur inter lilia caffita-
 tis & integritatis corporis mei, donec spiriet dies, id est

per

per inspirationem Spiritus sancti, formetur ille, qui est dies & lux noui testamenti. *Et inclinentur umbra* testamenti veteris ipsum adorantes tanquam veritatem & corpus suae umbrositatis. Sed quia per hoc quod conceptus est in matris utero, inclinatum est Dei verbum in parvulo. Ideo S, cuius figura si fiat recta litera S, altitudo est superius inclinata, significat descensum. Et idem S, Saluatoris sigillum tenens, & sanctitatis asperitate iustitiae suscitaret, quæ per sonum R, à spiritu literæ S, qui præcedit, figuratur, ab illâ asperitate, rigorem inclinat iustitiae, faciens suauem sonum mitercordiae. Quæ litera si capitalis ponatur, ex toto se humiliat, & quasi se inclinat in hac formâ S. & tota contrahitur, abbreviatur & dilatatur. Sic & verbum altissimum abbreviatum in parvulo in amore nostro, in nomine Iesu pio. Adhuc addas titulum, & fit *redemptio captiuorum*, & integratur nomen suauissimum Iesu, super omnia benedictus Deus.

Adhuc habes mysteria in Iesu nomine, si ipsum vis extendere, & tunc occurruunt tibi quinq; literæ I.E.S.V.S. Quæ primò tibi ostendunt quinarius assumptionis quinq; sentium nostræ carnis, quos crucifixit tanquam reges mundi non regentes, sed tyrannizantes, in patibulo crucis. Sicut habetur Iose. Et ideo est sensus secundus quinarius passionis in vulneribus carnis seu corporis, ut supra dictum est, I. est diuina persona. Et ipsius vulneratio de illata iniuria à perfida natura. Nam E, ex signo apparet lanceata, ex lono profertur angustiata, quia & ipse Deus per inundantem maiitiam, tactus dolore intrinsecus ait. *Deleto*, inquit, *hominem*. Sed felix mutatione ubi S. sequitur, ubi erit salutatio, scilicet, inclinatio maiestatis, & mutatione furoris, in mutationem amoris. *Saluabo*, inquit, *hominem*. Sed quia per primum, S, inclinatur ad sumendum nostræ naturæ veritatem, per secundum, S, inclinatur ad sumendum reatus pænitatem, ut si fiat salutatio hominis, & satisfactio. Per V

Gen. 6.

M

quod

quod est in medio significatur satisfactionis modus, dum
vulnus ad Deum suspirando, & suspirat, continet cordis
gemitum, exspirat in cruce dimitendo corpus confixum,
ex expirando in manus Patris spiritum, tam suum quam
omnium electorum. Et ideo V, est ultima vocalium,
quia ibi fuit ultimum & consummatum amoris signum,
& ultimum ibi emitum sui amoris spiritum, & suae orationis,
suique clamoris verbum. O, V, infra clausum, cum
multa compassionē recordandum, quia sic habuit IESVS noster, nostrae pœnae supplicium, continuè expirando & moriendo in corde, & suauissimum thymus fragrans sacrificij, exterius afflatus in corpore, maxime quando fuit confixus in cruce, ubi spirauit acerbitate supplicij, & igne passionis decoctus, fuit agnus assatus in odorem holocausti. Adhuc valet in modo proferendi, in sono exspirat sola inter vocales. O quot mysteria in benedicto IESV nostro? Attende autem, quam multæ sunt rationes impositionis nominum. Nomina enim debent rerum proprietatibus respondere. Nomina autem singulorum hominum à diuersis circumstantijs imponuntur; nam imponuntur quædam à tempore in quo nascuntur. Sicut à nominibus Sanctorum. Quædam à genere; ut à nobilibus parentibus, sicut de Ioanne dicitur Luc. i. Quædam ab euentu, sicut Ioseph vocavit filium suum Manasse dicens: *Oblivisci me fecit Deus omnium laborum.* Quædam ex qualitate nascientium, sicut de Esau qui erat rufus, & in modum pellis hispidus, vocatum est nomen eius Esau, siue Edom, quod interpretatur rubeus vel sanguineus. Nomina vero, quæ ab hominibus imponuntur, his modis similibus accidunt. Nomina vero, quæ imponuntur diuinitus, semper significant aliquod gratuum donum diuinitus datum. Sicut Gen. 27. dictum est Abrahæ, Vocaberis Abraham, quia patrem multarum gentium te constitui. Et Matthæi 16. dictum est Petro. *Tu es Petrus, &c.* Quia ergo homini Christo hoc summum munus gratias collatum

*Luc. i.
Gen. 41.*

*Gen. 27.
Matt. 16.*

tum erat, ut per personalem vniōnem, omnes posset saluare, idēcō conuenienter vocatum est nomen eius IESVS, hoc nomine à Deo patre primō dicto inuisibiliter, ab Angelo nunciato sensibiliter, à matre, vel Ioseph hodie imposito firmiter in circumcisione, quam credo fecisse Ioseph. Et hoc modo est nomen nominum, nulli alteri in hoc sensu communicatum. Et in isto nomine possunt includi omnia Dei nomina, quae Dei pietatem ad nos, vel eius gratiæ munus continere videntur. Et nota quod in circumcisione idēcō imponitur, quia simul Abraham à Deo habuit applicationem nominis, & signum circumcisionis. Et quia esse naturæ infectæ & corruptæ, quod facit hominem filium iræ, mente fidelis reputatur pro non esse, idēcō inter fideles populos nusquam legitur nomen impositum, nisi acceperunt originalis culpæ remedium. Sicut Iudæi in circumcisione, & Christiani in Baptismo. In cuius signum dicit Salomon. *Ego filius patris mei tenellus,* *Ego unigenitus coram matre mea :* vbi dicit Glossa. Quare Salomon se unigenitum coram matre vocat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vitâ decessit? Non enim habet verum esse ad utilitatem, qui non debet habere æternam beatitudinem. Habet Iudæa quosdam Iesūs, sicut dicit Bernardus, præcedentes istum, quorum vacuis gloriatur vocabulis. Illa enim nec lucent, nec pascunt, nec medentur, idēcō synagoga in tenebris est usque adhuc, & infirmitate labrans, nec satiabitur nec sanabitur, quo usq; sciat meum IESVM dominari Iacob, & finium terræ. Triplicem IESVM ibi legimus. IESVM Naue, iste dicitur saluare ab exilio deserti, quia iste diuidit terram promissionis Iosue. IESVM filium Iosedech. Iste dicitur saluare, quia ædificat templum ubi agit summum sacerdotium. Zach. 4. *Audi IESV sacerdos magne.* IESVM filium Simeon in Ecclesiastico; qui fuit doctor & propheta.

Primus dedit terram aetatem capiuitate perden-dam, sed I E S V S noster terram viuentem beatitudinem aeternam. Secundus ædificauit templum figurale, ubi offert sacrificia animalium. I E S V S noster reædificauit templum virtutis & gratiae, in se ruinosam reædificando naturam; in quo obtulit sui cordis & corporis holocaustum. Tertius fuit docttor & propheta, sed non sua virtute, & adhuc docuit in figuris veteris testamenti, & prophetauit in verbis multæ obscuritatis. At noster propheta I E S V S est propheta potens in opere & sermone, figuras explicans, & vinbras clarificans, docens in doctrina fidei, sicut potestatem habens, non sicut scribae eorum. Vides quidem, quod illi non sunt veri I E S V S, sed præmissi sunt tanquam baculus Heliæi, ad mortuum puerum veniens, & sua interpretari nomina nequierunt, vacua enim erant a vera salute. Superpositus est mortuo baculus, & non erat vox, neque sensus, quoniam baculus erat. Descendit qui baculum misit, quia descendit verus I E S V S, qui eos præmisit, & mox probans se esse I E S V M, saluum fecit populum suum a peccatis eorum. Et est vox & sensus, nec instar priorum est s. lute vacuus. Sed audi quid fecit, vode vox & sensus, vitaque rediit, ut ait Bernardus. Nam vir iste propheta, potens in opere & sermone de excelso cælorum monte descendens, quasi alter Heliæus de monte Carmelo, visitare dignatus est me, cum sim puluis & cinis, inclinare se dignatus est, & iacenti contrahi, & coæquari paruo, cæco impartiri lumen oculorum suorum, & os mutum proprij oris osculo soluere, debilesque manum suarum robore tactu, & flatum qui exierat sua inspiratione refundere. Suauiter ruminò ista, & replentur viscera mea, & interiora mea saginantur, & omnia ossa mea germinant laudem: Hæc quotidie singuli in nobis sentimus, cum cordi tribuit sentire fideliter fide & intellectu, quia proferre utiliter, & manu efficaciter operari. Sequitur, quod oscitauit puer septies; quod in resuscitata ecclesia

vides

vides impleri, dum septies in die laudes iubilat Saluatori. Oscitabis & tu septies, scilicet, quinque sensus exteriores, & duos interiores, in piramini prophetiae IESV tibi facta interius addas & conformes, ut cantes & diccas. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Utinam ergo huic nostro Iesv sic simus familiares, ut ipsum plene noscamus ex nomine, quia hoc nomen est honorandum. Est enim nomen magni Dei, & ideo nomen imperiale. Psal. *Afferte Domino gloriam & honorem.* Exod. 20. *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oves vestras & boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.*

Est nomen secundum memorandum; quia nomen eius est nomen viri virtuosi. Ideo Isai. 26. *Domine nomen tuum & memoriale tuum in desiderio anima.* Psal. *Si oblitus sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum.*

Est tertium nomen amplectendum; quia nomen amici, ideo nomen amabile. Abac. 3. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo IESV meo.*

Est quartum nomen inuocandum, quia adiutoris & Salvatoris benignissimi, & ideo venerabile. Acto. 10. Non est aliud nomen sub caelo datum &c. Audisti de Iesv nostro, & de nomine hodie imposito. Audi de nomine patribus promisso, figurato singulariter in antiquo.

Sacerdotio,

In Regno,

In prophetia

In prælio.

Hoc nomen est CHRISTVS, qui Latinè dicitur vñctus, vel vñctio. Nam vngebantur istæ quatuor personæ: Sacerdotes, Reges, Prophetæ & Pugiles. Et Christus, fuit Sacerdos moriendo, Rex resurgendo, Propheta prædicando, Pugil in patiendo, & vñctus est oleo præ consortibus suis. Conferamus rem nomini. Hoc no-

men XPS. sicut dicit Papias, non scribitur literis Latinis, sed Græcis, scilicet X. P. S. & apice superscripto. Syllabisando in Latino nihil sonat. Ratio huius est certa excellentia dignitatis huius nominis, quia ista vñctio manat à pectore Dei patris, nec potest inueniri in nostris apothecis, vt sonet nostris literis. Simile dicit Gregorius in prologo Moralium de Dei Hebræorum nomine, Tetragrammaton, quod in antiquis libris Hebræorum, inuenitur scriptum literis Hebræis; & est scribibile, & non effabile, propter reuerentiam tanti nominis. Esdras enim adinuenit nouas literas, vt dicitur, in quibus restaurauit destructos libros; sed istud nomen, vt dicitur, scripsit literis antiquis. Attende igitur primò, quid indicat X, Ingerit enim figuram crucis. P. indicat conflictum passionis. C. vel S. innuit triumphum coronationis. Sed apex superpositus demonstrat titulum superscriptionis. Posuerunt, ait Iohannes, titulum super caput eius causam ipsius scriptam: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Sic ergo hoc nomen CHRISTVS, dicit tibi.

*Vexillum crucifixionis amplectendum,
Conflictum passionis aggregandum,
Triumphum coronationis acquirendum,
Titulum superscriptionis contemplandum.*

Vt sic completa sit vñctio & componatur vnguentum, quo vulnus principaliter vngitur. Ergo in titulo lege prophetam vñctum, in triumpho Regem sublimatum. In passione Sacerdotem immolatum. In vexillo pugilem honoratum. Et tunc cum Samaritanâ possimus dicere: *Scio quia Mæstas Genit, qui dicitur Christus.* Attende igitur X. literam vñctionis: & hoc proprio magno & stupendo mysterio Spiritus sancti, potest dici lita X. Latinorum enim literæ viginti & una sunt, duæ extremæ, Y, & Z, ex Græcis sunt assumptæ. Ita 21. fuerunt Romæ inuentæ sub Augusto, eo tempore, quo Christus natus est mundo: licet ipsi nescirent, quid signi-

significant. Vnde hæc vñctionis litera sub Augusto Romæ inuenta in crucis figura, significabat, quod ille qui nascebatur in terris, esset verus Augustus, & auctor salutis, qui & Romæ erigeret vexillum suæ crucis, & ibi institueret vñctionem sacræ sedis. Et hæc litera X. semper est duplex consonans, quia regnum & sacerdotium simul in Christo significat & exprimit: & Deum & hominem in una persona vnit. Et semper Christus consonat in una persona, quasi in una litera diuinæ gloriæ, & humanæ naturæ. Est autem semiuocalis, cuius sonus incipit ab I. & terminatur in S. quia eius dignitas incipit à diuinitate, & terminatur in inclinatione humanitatis assumptæ. Et ideo sonus permanet in hac litera, & syllaba coniuncta: vnde idem sonat X. litera, & syllaba, quod I. & S. copulata, quod idem est Christus, quod Deus homo. Dictum est autem supra in I E S V nomine, quod I. significat personam filij, medium in Trinitate. X. autem, vt vides dicit illam eandem personam in assumptione humanitate, & ipsam humanitatem in diuina persona cum multiplici dignitate. Vides ergo, quam mirabili sacramento se osculantur. I. & X. & Romæ inuenitur, dum Christus nascitur, & tamen ipsa est tredecim apostolus I. quia I E S V S Saluator post duodenariam vocationem Apostolorum, consecrationem, & sanctificationem a Christo, & expulsione de Iudaismo, per decimum tertium Paulum, cui vivere Christus est: & qui Christo cruci confixus erat, I E S V S Prædictor Romano orbi, vel Romanæ vrbi, & per coapostolum Petrum in quo representatur I. tanquam per Pontificem summum Romæ consecrata est fedes vñcta: in qua Christi regia dignitas. Sacerdotalis sanctitas, virtualis strenuitas, & prophetalis veritas cōtinetur. Quod quidē habuit Romana ciuitas: per P. id est, per Christi passionis conflictum, qui Romæ in sanctis Martyribus multiplex portauit martyrium,

post quod passioni martyrum datum est, O rotundum, quia corona coronauit Sylvestrum. Hoc significat P. li-
tera, cuius figura est baculus, habens o, post se, quia post
baculum passionis martyrum fuit datum o, ut est dictum
prius. In cuius etiam signum in literis nominis Christi,
post P. sequitur C. quae significat resurrectionis triun-
phum. Sed attende quod C. est O, diminutum, quia
dignitas Pontificum in hac vita non est completa, do-
nec C. terminetur, id est, praesens corona gratiae, in lite-
ram O, æternæ vitæ, vnde nec ipsa ecclesia regium fe-
stum aliter debet acceptare, nisi ut illius æterni regni
signum, & principium super has tres literas per titulum
subscriptionis, quia data pace per Constantimum, da-
ta sunt Concilia, ubi verè I e s v s qui apparuerat Sacer-
dos & pugil, & Rex, se prophetam ministravit, dum per
eos SS. Patrum & Doctorum æternæ sapientiae eructa-
uit arcana, procul faciens haeretica figmenta. Nunc de
toto nomine Christi faciatis triumphale vexillum super
populum Christianum, quia hoc nomen sicut materia-
le vexillum.

Est distinctuum aduersantium : distinguntur enim
exercitus hostium per vexilla.

Est imitarium comitantium : Tota enim populi co-
mitia debet sequi vexillum Ducis.

Est hortarium prælantium : Quando enim prælian-
tes vident præcedere vexillum, & hostes prosternere, in-
sequuntur strenue.

Est ostensuum triumphantium : quando aduersantes
superantur, vexillum eorum deiicitur, & conculeatur,
& triumphantium erigitur & exaltatur : Sic vexillum
crucis, & Christi nomen

Distinguit castra militia Christianæ,

Counit & iungit membra ecclesia,

Inducit & animat ad conflictum penitentia,

Ostendit insignia perfectæ Victoriae.

Distinctionem huius nominis ostendit Apostol. 1. Cor. 1.

Nos

Nos predicamus IESV M. crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis sanctis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Uniuersum istius vexilli & nominis Christi ostendit ad Gal. 2. dicens. Christo confixus sum cruci, vino autem iam non ego, sicut vero in me Christus: & video as quod vexillum uenit populum Duci, & inter se. Et ideo populus Christi, est Christo crucifixo conformis, quia qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiiis & concupiscentijs. Hortationem praeliantium ostendit ipse IESVS per se: Quis vult, inquit, venire post me, &c. Ostensionem perfectae victoriae, post virtuosam pugnam ostendit Apostolus ad Gal. ultimo. Mibi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESV Christi. Cuius nomen Christus IESVS benedicatur in secula seculorum. Amen.



EX HENRICO SVSONE MIRABILIA QVÆDAM.

CAPVT XXXI.

PRæter iam dictos SS. nominis IESV cultores & cōmendatores, non minimus est censendus, deuotissimus Aeterna sapientiae amator & cultor Henricus Suso Ord. Prædicatorū, qui ita diuino amore inflammatus fuerat, ut vulgo à Fratribus *Amandus* cognominaretur. Eius miri quidam actus pénitentiæ & mortificationis feruntur, quos tamen studio hic præterimus, ne longius, quam par est, ab instituto digrediamur, quare studiosum Lectorem ad

Henric⁹
Suso mi-
rus nomi-
nis IESV
amator
& præco.

ei⁹ vitæ lectionem, quæ inter opera eiusdem p[ro]ij Patris reperiuntur, vel Auctores, qui ex professo id genus argumenti prosequuti sunt, remittimus. Nobis sufficiat, quædam hic insinuasse, quæ magis nostro instituto deseruire videntur.

Horologium æternæ Sapientiæ. Quare eius fætus non iniuria censetur, liber ille, quem inscriptit *Horologium æternæ sapientiæ*, quamvis nomen eius non praferat. Salutatio etiam nominis IESV, secundum literas ipsius, hac ratione facienda. Principiò recitandus Hymnus: *I.E.S.V nostrā redemptiō*. adiuncto Psalmo: *Tubilate DEO omnis terra*. Subsequitur quemlibet psalmum Antiphona ciudem principalis literæ. Secundus Psalmus est, *Exaudiat te Dominus*. Tertius, *Saluum me fac Domine quoniam defecit Sanctus*. Vel secundum alios. *Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aqua*, &c. Quartus, *Voce mea ad Dominum clamaui. Quantus, Sape expugnauerunt me à innentute mea*. Subsequitur Oratio. *Sancti Nominis tui timorem*, &c. Item precariæ Horæ quam deuotissimæ de *Æternæ sapientiæ*.

Preces horariæ de *Æternæ sapientiæ*.

Ex horologio æternæ Sapientiæ.

Porrò in memorato Horologio æternæ Sapientiæ, memorabilem sanè ac mirificam historiam recitat de quodam inuene suppresso nomine (quem nullum alium, quam ipsum Susonem fuisse credimus) qui admirabili amoris affectu, erga dulcissimum nomen I.E.S.V ferebatur. Modum etiam quendam innuit speciali ratione colendi, & quasi desponsandi sibi *ÆTERNAM DEI SAPIENTIAM*, omnibus eius cultoribus & amatoribus maximè vtilem & suauissimam; in quorum gratiam ipsiusmet eius verba hoc transferre libuit, sic enim loquitur:

Igitur quisunque desiderat Æternæ Sapientiæ amabilis fieri discipulus, cuiuscunque conditionis sit, vel stans, aut sexus, seu Ordinis, aut Religionis, debet diligenter ea seruare, quæ sequuntur, qua sic sunt temperata, ut nihil difficultatis importent, & quilibet possit eas facere, sine omni preiudicio sua professionis Ego statu-

Sigil-

Siquidem Diuina Sapientia, non intendit per ista statuere aliquam obligationem vel professionem, aut etiam astrictionem qualemcumque, sed solum quandam nouam dormitantis devotionis spontaneam excitationem. In qua quis se excitare voluerit, bene facit & laudabiliter. Qui autem hoc non facit, pro tanto non peccat, nec delinquit.

Ante omnia igitur quislibet Sapientiae discipulus debet amorem carnalem, si habet, relinquare, & ipsam praeclaram, eternamq; Sapientiam diuinam in Sponsam sibi assumere & amicam. Quod si fortassis quispiam adeo ligatus esset per amorem aliquem priuatū, quod sibi ipsitam subito vim inferre asperum iudicaret esse ac nimis durum, saltēm habeat bonum propositum, si ab hoc amore nocivo se velit abstrahere cum adiutorium diuinum occasione aliqua inuenta sibi senserit efficaciter arridere. Hi autem qui terreno amore ligati non sunt, sed alias desides hucusque atque tepidi atque negligentes eius in amore fuerunt, debent hanc spiritualem Sponsam quasi de novo despōnare, & se in eius amore recenter innouare, pio quodam devotionis affectu. Hoc autem sic dicimus esse faciendum, & eidem cui primo seruire solebant tanquam Domino per timorem, sibi nunc pariter studeant placere, & adherere tanquam dulcissimo sponsa per spiritualem & intensum amorem, semper cogitantes excellentiam & pietatem huius diuinissima Sponse, & quam beati sunt illi, qui eius amicitia in hac vita meruerunt decorari. Et hac despōnsatio, vel despōnsationis antiqua innouatio, propter feruentiorem devotionis excitationē debet fieri non solum ab intra in animā, sed exterius, licet occultè per aliqua signa, puta per tres prostrationes, seipsum in eisdem tanta Sponsa dando, offerendo & exhibendo, arrham despōnsationis ab ea petendo, scilicet aliquam nouam gratiam in signum mutua dilectionis & fidelitatis, quam neq; mors, neq; vita, neq; quacunq; creatura in perpetuum debeat violare. Et quia plerunq; fata plorū mouēt, quam verba, factum quoddam notabile ac rarum, multumq; motuum spectans ad propositum tibi reuelabo.

ERAT

Mirabilis
historia
cuiusdā
nominis
IESV a-
matoris.

Erat quidam iuuenis feruidus amator, qui amore ter-
no re icto, sponsam hanc calestem, diuinamq; scilicet Sapi-
entiam, sibi in amicam elegit, cupiensq; vehementer dile-
ctam hanc intimis vis eribus cordis sui plenius incorporare,
secretum locum petiit, & pra amoris stupenda vehementia
surgens, & vestimenta suā à parte superiori extrahens, at-
repro ferro acuto super nuda p̄cordia pectoris sui in ei-
parte ubi cordis vitialis pulsus præcipue videtur vigere, pra-
dictum ferrum carni sue infixit tam valide, ut singulis iubil-
ibus crux sanguineus erumpens, sequeretur ictus ferientis,
& sanguinis vnde de super p̄cordijs deorsum decurrentes,
defluentes minutatim. Sicq; tot acutas puncturas, sausq;
fixuras hinc inde fecit, donec tandem hoc modo NOMEN
præclarum sua spōsa, quod est I E S V S , magnis & capi-
talibus literis super latitudinem cordis sui exarauit. Cum
autem hac amoris vulnera recentia & sanguinolenta sibi
nemium dulcia in carne liquida aliquan. diu cum multo a-
moris incendio portasset, tandem post multos dies sanatu-
clare & perfecte, predictum nomen caro illa in eodem loco
integraliter consiruauit. Postmodum igitur cum hic diui-
nus amator quilibet terrenum amatorem sue Spōsa suum
nomen in veste seculari, (ut a non nullis fieri solet)
deserre videbat, ex intimis p̄cordijs ad diuinam Spō-
sam suam conuersus, eiusq; amoris superexcellentissimas
prærogatiuas commemorans, ipsius nomen non in tabulula
pideris aut in vestimentorum picturis rubrica, &c! ariamen-
to conscriptis, sed in tabulis carnalibus cordis, atque literis
sanguineis, rosea &ernantibus floratura consignatis, sege-
fare indebetiter in suis p̄cordiis gaudebat: fructum ve-
ro salutiferum diuini amoris inde sibi crescere notabiliter
sentiens, ex presentia ranti NOMINIS memoriam in-
giter admonentis, cupiensq; quoslibet deuotos diuino in a-
more proficere, suasit eis perinde huius Nominis maiorem
curam habere; non quidem, ut id ipsum facerent, & seperi-
culo inconsulte committerent, neque illud solo modo imita-
ri debere, quod sibi ex singulari dono datum fuit, virtute

diuina

diuina superare; sed quod illud Nomen salutiferum qualitercunque formatum vel conscriptum secrete quidem & latenter, aut in veste aliqua, vel alias ad libitum pro diuini amoris excitatione semper deferrent. Sane prædictus adolescens Amandus memoratum opus amoris ideo fecit, ut quotiescumque contingeret Nomen prædictum sibi soli ac Deo ibidem cognitum à se videri, toties contingeret pristinam amicitiam rememorando quasi recenter in corde suo renouari.

Simile huius quantum ad intentionem facti legimus de Simone summo Sacerdote, qui amicitiam quam Iudas Machabeus frater eius dudum cum Romanis statuerat, quasi iam inueteratam cum renouare vellet, clipeum aureum insegnum illuc misit, & antiquam amicitiam innouauit. Sed ipse Dominus insegnum faderis hominibus arcum in nubibus dedit. Sic & filii Israël initio fadere cum Domino aquam effuderunt, & aras edificantes, aut lapides ponentes res aliquas corporales statuerunt, ut per exteriora signa interior fragilis humana iuuaretur memoria. Multi quoque Sancti noui testamenti in transactis ante nos temporibus, pro incitamento sua devotionis picturas diuersas sibi fecerunt; quidam imagines, vel cruces iuxta se habuerunt, nonnulli etiam reliquias, vel cetera similia apud se, ut legitur, huius rei causa detulerunt. Hoc ergo, ut prædictū est, faciat, scilicet de nomine IESV, qui gratiam habuerit. Animus quippe humanus citò ac facilimè à captis labitur, nisi frequenter in captis renouetur.

Item æterna Sapientia deuoti cultores ac discipuli posunt, qui volunt quotidie horas de æternâ Sapientiâ legere. Hi autem qui legere nesciunt, vel legitimè occupati sunt, seu etiam qui eas committare cupiunt, dicant loco eorum. VII. Pater noster, pro septem consuetis Horis, pro qualibet Horâ unum. Hæc autem debet esse eorum intentione in his horis, ut diuina Sapientia custodiat eorum corda & corpora, ne ab hoc mundo stolidissimo, & præsentis temporis vanitatibus & mal'gitatibus pleno irretiantur, sed

caute

caute & sapienter ambulando, à cunctis malis & periculis
præsernentur.

Item in mensa post benedictionem antequam incipiunt
comedere, dicant unum Pater noster pro elemosyna spiri-
tualibus animabus, quae maxime sunt indigentes in Purga-
torio, attendentes quam periculosum sit gratis elemosynam
comedere, & per continua suffragia fideliter eam non
deseruire, & quam pium sit, in nullo se iuuare & aenter,
iuuare; & cum quanta nihilominus gratitudine gaudeat,
se tanta miseria, vel minimam guttam, aut micam unam,
qua cadit de mensa dominorum suorum percipere pro refri-
gerio qualicunque. Et ut hoc quoque exercitium pietatis
magis gratum ac persuasibile deuotis mentibus fiat; scien-
dum quod dum deuota quadam approbatæ religionis perso-
na, simul cum ceteris quibusdam, has orationes facienda
de novo suscepisset, præcipue cum magna deuotione erga
premissum, De profundis pro animabus desolatis dicen-
dum flagraret, apparuerunt ei in quadam visione anima
multa, locis purgabilibus deputata, que ei veli habitu &
gestu miserabili quem praeferebant, suffragiorum se benefi-
cio indigere deslebant, inter quas tamen singulariter una
ad ipsam accessit, & flebiliter ab ea petiit, ut se permitte-
ret esse hunc mendicum, cui quotidie in mensa De profundis
predictum pro elemosyna erat largitura. Ex qua visio-
ne postmodum feruentius erga hanc agebat elemosynam
spiritualem.

Item, Unum Pater noster dulcissimo & salutifero no-
mini æterna Sapientie, quod est IESVS, ut Dominus
& Salvator noster omnes hos æterna Sapientia discipulos,
sanctamq; matrem Ecclesiam saluet & custodiat, à cun-
ctis aduersis, & ab omnium tueatur hostium insidiis. Sa-
nè ob reuerentiam tanti nominis, eidem præmittebat,
vel etiam subinserendo dicant hac verba: Benedictum
sit nomen Domini nostri IESV CHRISTI DEI, &
gloriosæ Virginis Mariæ matris eius, in æternum & ul-
tra. Amen.

E!

Et de hoc extant Indulgentia. Ratio huius orationis de
hoc nomine est, Et ille dulcis IESVS, qui pro dolor his
ultimis temporibus de cordibus multorum, quantum ad
deuotionis feruorem delectur & extinguitur, & tam dam-
nabiliter iam projectus est, eo quod tam innumeris sunt, qui
qua sua sunt quaerunt, & non, quae IESV Christi, Et in-
quam hoc mellifluum nomen reuiniscat, & cordibus insi-
delium in uictus, ac renouetur, predictum fiat pietatis
exercitium. Hanc nimis um projectionem IESV à suis
quendam dilectis, ipsamet diuina Sapientia nonnullis in
visione apparenſ, conqueſta est voce queruſosā.

Item prima die ab Ecclesiā institutā pro historiā Sa-
pientia cantanda, videlicet primā Dominicā Mensis Au-
gusti, & ante Vigiliam Natuitatis quando inchoatū ad
Vesperas Antiphona O Sapientia, & sequentibus diebus
vſq; ad noctem illam glorioſam, cum in hunc mundum
Patris genitura æterna Sapientia dignata est introire, ſiat
aliqua ſpecialis memoria de eā in orationibus priuatū, per
Antiphonam, vel per Collectam, vel orationem Domi-
nicam. Si eſſet aliquis tēporibus illis cū vacaret, Missam
prefatam de æterna Sapientiā celebraret, grettum haberet.

Item diſcipulis & amatoribus Sapientia tres adhuc dies
in anno debent eſſe præcipue obſeruabiles; ita vt qualibet i-
ſtarum trium dierum aliquod obsequium ſpeciale faciant
huic Sponte ſpirituali.

Prima eſt Dies Circumcidionis Domini, in hac enim
die incipit annus & secundum conſuetudinem quarundā
terrā inueteratam, hac die, hi, qui ſibi in uicem in amici-
tia ſingulariter ſunt iuncti, cōſueuerunt ſibi mutuo ſtrenas-
dare, & bonum annum optare. Sic igitur ſimiliter pro ex-
citatione dormitantis anima ad amorem diuinum, quilibet
deuotus Sapientia diſcipulus & amator, in hac die ſuam
unicam ac dilectam Sponsam diuinam accedat, & bonum
annū pro ſtrena ſibi ipſi, & omnibus ipſius condiscipulis, &
S. Matri Ecclesiā fideliter depoſcat, aliquam orationem ſpe-
cialemo faciendo, vel etiam, cui hoc congruit, careum ac-

cenſum

ensum in honorem illius, qui aeterna lux est, ad Altare, vel ante Crucifixum offerendo, vel procurando, in signu, quod omnem salutem suam fidelis discipulus in hoc instabili tempore recognoscit, & vult se à sola Sponsa diuina haberi, & quod amor eius solus in corde suo debet ardere & lucere, & petat, Et si hic amor fortassis aliqua occasione extinxatur, est, tam misericorditer reaccendatur, Et de cetero nunquam extinguitur.

* Secunda dies est, Dominica in Quinquagesima, quae Vulgo dies à plerisque appellatur * carnispruuum, & hęc ab his mundi stultis amatoribus celebris habetur, & cum sanitatis superuacuis expenditur. Tunc enim amici & sodales conuenire consueverunt, & solertia mundana ac peritura sibi inuicem facere. In signum ergo, quod illa diuinissima Sponsa suo discipulo debet esse hoc totum, quod est gaudii ac solatii, & amoris in hoc mundo, & futuro, ita pro excitatione devotionis tepidi cordis sui faciat sicut prius.

Tertia vero est primus dies Mensis Maij, cum Vernalis serenitas omnibus grata & desiderabilis, incipit in terris germinibus pulchre apparere. Nam tunc consuetum est, & maximè i partibus Suevia terra Alamannia, quod adolescentes de nocte silvas petunt, & arbores viriditate foliorum venustas praecident, & floribus ornatas praeforibus locant, & bi putant se habere amicas in signum amicitie & fideltatis. Sic ergo, Et ex iniquo principio confletur sancta deuotio, (sicut & de prima die Mensis Augusti nescitur ab Ecclesia factum esse) hoc, quod ab illis superuacuè f. t homini mortali ab ipsis deuotè fiat omnium conditori, & tanto sollicitius, quanto hęc diuinissima amica omnes mortales in gratiis praecellere dubium non est. Vnde illa die sua charissima Sponsa diuina ad incitationem sue deuotionis lumen corporale offerant, vel aliquam aliam orationem denotè dicant, scipios eidem affectuosius recommendingando. Discipulis quoque Sapientia summo cordis affectu honoranda est illa mater summi Regis aeterna Sapientia, qua eosdem tan-

quam

quam filio proprio speciales, in spirituales sibi cultus assume-
re filios, & eorum curam gerere materno cum affectu. Vn-
de quilibet deuotus Sapientia discipulus debet eam quoti-
die honorare cum salutatione Angelica nouem vicibus di-
cta. Vnum Ave Maria dicat cum genuflexione summo
mane cum primo surgit de lecto, omnia bona opera sua die
illo facienda, Reginæ cali ad manus deuotè porrigoendo, & t.
cum tam reverenda mater & dilecta mater ea praesentau-
rit suo filio Regis summo, grata & accepta fiant ob reveren-
tiam sancte & tanta mediatrixis, qua fortassis modica ac
vilia minusq; grata fierent immediatè presentata per ma-
nus peccatoris. Similiter in sero faciat post omnes orationes,
cum iam immediatè ad lectum est eundum, & vt eò secu-
rius dormiat, ab ea petat, vt quicquid illà die minus perfe-
ctum est, per ipsam suppleatur, quod malefactum est, per
ipsam pè relaxetur, & quod benefactum, est per eam cōser-
uetur & gratificetur.

Item, Septem Ave Maria dicant cordi genitricis dulcis-
simo, omniumq; peccatorum refugio piissimo ac singularis-
simo, vt ipsa illud suauissimum eterna Sapientia tricliniū,
iunctarumq; miserationum Domini depositorum super ef-
fluensissimum misericorditer aperiat & inclinet ad huius
Sapientia filii sui discipulos in ultimo exitu spiritus sui, &
eos tūc pè defendere & ad cali palatia perducere dignetur.

Postremo vero omni anno proxima feria immediate se-
quente Diem animarum, pro eisdem videlicet harum o-
rationum participibus Defunctis, & pro ipsarū chari-
ris amicis Missam dicant, qui sunt Sacerdotes vel offerant:
aut centum Pater noster dicant, qui Sacerdotes non sunt.
Subiungentes deuotè premissis orationibus hanc supplica-
tionem, vt Deus & Dominus noster per suam æternam
Sapientiam misericorditer Ecclesiæ suæ dudum tribu-
latæ subueniat, & eam ad pacem ponat & tranquillita-
tem.

Idem Henricus Suso ad finem sui Horologij hanc
subiungit precationem. Nunc quoque sermo mibi ad te

N

dirigi-

Oratio
Susonis

ad Aeter-
nam Sa-
pientiam

dirigitur, o praecordialis amor cordis mei, cui soli me totum commisi, cupiens hoc in eternum perpetuari. Gratas tibi dilecte reffero pro his, aliusque in numeris beneficiorum mibi a te gratia sola collatis, tibi laus et gloria in secula. Te obsecro in timo cordis intentio desiderio per viscera misericordiarum tuarum, et per virtutem sanguinis rorei, quem abunde in tua passione pro humani generis redemptione fudisti, ut hos omnes, qui te aeternam Sapientiam decreuerint modo prefato desponsare, teque volunt colere cum premissis orationum deuotis exercitiis, seu etiam hac eadem fidelibus studuerint communicae, ut inquam, hos omnes benedictione salutari benedicas, Rex meus et Deus meus.

Tu namque es fructus ille benedictus olim mundo repromis-
sus, in hoc singulariter priuilegiatus, ut cuicunque tu benedi-
xeris sit ille benedictus. Benedic ergo, Pater mihi pueris isti,
amatoribus videlicet, et discipulis tuis benedictione omnium
Patriarcharum, et cunctorum electorum tuorum, qui tibi
ab initio placuerunt, ut eorum tandem felici numero cum
gaudio aggregentur. Inuocetur quoque, NO MEN tuum
amabile et gloriosum super eos, ut sit eis in protectionem
salutis in cunctis mundi huius varijs vita periculis. Tua
eterna Sapientia eos in agendis dirigat, Angelus pacis ipsos
custodiat, et prosperitas anima et corporis eis arridat sa-
lutaris. Da eis locum panitentia, ut per veram contritionem,
et puram confessionem, atque satisfactionem perse-
ctam, ante mortem suam, ad te suum creatorem conuer-
tantur, tibique perfecte reconcilientur, necnon et sacro-
sancti corporis tui perceptione pro viatico in extremis labo-
rantes muniantur. Ita, ut nequaquam subitanea et im-
prouisa ac indisposita morte praoccupentur. Fac eis Domi-
ne propter NO MEN tuum gratiam hanc, ut sicut nunc
per hac deuota seruitia tibi famulantur, sic in hora extre-
ma sua exspirationis a te benedicantur, et a tua dulcissi-
ma matre, matre inquam misericordiae ad regna gloriosa
perducantur, ubi in caelesti patria sancta illa agmina bea-
torum spirituum post presentis incolatum, misericordia ab
tate

tate domus Dei feliciter debrientur, te Regem glorie, Dominumq; Virtutum in decoro suo conspicentes I E S V M Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas, per omnia secula seculorum.
A M E N.



I E S V N O M E N S O C I E T A T I
A B A V C T O R E S V O B. I G N A T I O
quâ occasione inditum?

C A P. XXXII.

B. P. Ignatio cum in fundandâ Societate pro iuuandâ S. Dei Ecclesiâ totus esset occupatus, præter cetera admiranda, quæ mortale naturam exsuperant, & fidem humanam longè excedunt, res contigit, vel ad memoriam posteritatis insignis, vel ad confirmâdum eum, ceterosque in proposito, haud mediocriter efficax. Etenim Romam aliquando accedenti, & orandi causa, non longè ab Urbe templum ingresso, qualia passim imposta militari viæ cernuntur, statimque, ut sâpe solebat, abstracto à sensibus, atque alta quadam animi contemplatione desixo, clarissima in luce per speciem illi sese Deus pater ostendit, I E S V filio baiulanti crucem, & crudelissimis affecto supplicijs, præsentem Ignatium, sociosque commendans; quos ille cum in fidem ac patrocinium libentissime recepisset, ad Ignatiū placido & sereno vultu conuersus, hæc ipsa effari verba dignatus est : EGO VOBIS ROMÆ PROPITIUS ERO.

Maff. Vit.
Ign. lib. 2.
cap. 5.

Quo tanto tamque diuino solatio mirum in modum
rectus & confirmatus Ignatius, ac socios deinde com-
pellans : Quid nobis, ait, Romæ futurum sit, fratres;
in crucemne, an in rotam nos agi velit Deus, ignoror, v-
num scio, quicquid eueniat, I E S V M Christum nobis
propitium fore, ac simul totius visionis ordinem expo-
suit. Quæ res non in præsentia tantum illos insolita
quadam lætitia & voluptate perfudit, sed etiam in po-
sterum contra omnes difficultates atque pericula ma-
gnopere corroborauit, ac muniit : atque idipsum vel
in primis fuit cauſa, cur Ignatius confirmatæ postmo-
dum Societati salutare, potissimum I E S V nomea indi-
derit. Nam cum de Societate instituenda, inter Ignati-
um sociosq; constaret: nomen tamen quæreretur, quo
insignita, & notata a Christi Vicario confirmaretur,
Ignatius a reliquis socijs impetravit, ut sibi integrum cl-
aset, ad arbitrium suum, Societati, quod vellet, nomen
imponere. Quod omnibus probantibus, & libentissi-
mis fecit. Et tum præclaro illo viso, tum alijs diuinis
illustrationibus multis, magnisque, ita Dominus I E-
S V S eius in mente sacratissimum suum N O M E N im-
pressit, penitusque infixit, ut eius ex nomine Societati
nomen imponeret: tam clara ac firma luce collistratus,
& vsque eò pro certo habens id D e c um velle, ut ab hac
mente se dimoueri nunquam posse diceret. Quodque
volentibus socijs, ac consentientibus fecit, id repugnatib-
us ac dissentientibus omnino fecisset, propter diuini
luminis claritatem. Itaque Societatem I E S V appellari
voluit: ut qui huc vocati fuerint, non se in Ignatij
ordinem aliquem adscriptos, sed in Societatem filij Dei
I E S V Christi Domini nostri, vocatos agnoscant: sub
illo summo Imperatore mereant: eius signa sequantur:
crucem suam cupide tollanti & in auctorem fidei, &
consummatorem I E S V M aspiciant, qui proposito sibi
gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta. Et
ne defatigentur animis deficientes, certum illis atque
persua-

Ribad.
Eit. Ignat.
lib. 2. cap.
ii.

Nomen
I E S V So-
cietati
imposi-
tum.

1. Cor. x.
Hebr. 10.

persuasum sit, ducem suum sibi præstò esse: illum non Ignatio solum, & socijs, vt videmus hactenus fuisse, sed sibi quoque futurum semper propitium sperent: Si quidem se veros Societatis filios exhibeant, & patrum suorum imitatores. Hæc est enim Religio, cui propositum est, vt toto orbe hæreses, idolatriam, peccataque, Deo iuuante, expugnet. Huiusmodi indiget ad obedientium promptis militibus: his freta in mundum vniuersum parat expeditiones obedientium, qui alacriter, promptèque in rebus etiam difficilibus, obedientes, loquantur de hæresibus, idolatria, vniuersisque peccatis victoriis: Quamobrem sanctissimus huius Religionis dux Ignatius, de obedientia, præclarissimam epistolam militibus suis reliquit scriptam: in qua hac virtute, illos aduersus omnium hostium impetus egregiè armat: hisque armis, eos in acie maximè conspicuos apparere vult. Ab alijs (inquit) religiosis ordinibus facilis patiamur superari nos, ierunijs, Vigiliis, Et cetera virtus, cultusq; asperitate, quam suo quaque ritu, ac disciplina sanctè suscipiunt. Vera quidem, ac perfecta obedientia, abdicatione voluntatis, atq; iudicij, maximè velim fratres carissimi, esse conspicuos, quicumque in hac Societate, Deo Domino nostro deseruit, eiusdemq; Societatis veram, germanamque sobolem, hac obedientia quasi notâ distingui. Hæc ille.

Hæc sacra I E S V societas similis est fluminibus quatuor uberrimis ex paradiſo exorientibus, terramque irrigantibus. Nam, vt Ganges alter è paradiſi fontibus effluens, Orientem diuinis fidei Christi aquis irrigat, totamque circuit terram Heuilah, id est, Indiæ, & ad Sinas usque, Mogores, Iaponasque, permeat. Ut Nilus Æthiopiam perluit: vt Tigris vadit contra Assyrios, hoc est, contra hæreticos, strenuè Deo opitulante, dimicans, cælestibusque vndis nefarias demergens hæreses. Ut Euphrates, Christianum populum oblimat, faxundumque reddit. Hæc circuit mare, & aridam, vt in-

Soc. IESV
Religiosi
qualeseſ-
ſe debeat
Barrad.
tom.3.lib.
5.cap.13.

B.P. Igna-
tius qua-
li suos ob-
edientia
splendere
velit.

Barr.tom.
3.lib.8.c.
26.

numeros faciat Christianos, & postquam facti sunt, toto incumbit pectore, ne in pristinos mores relabantur, sed filij regni æterni efficiantur.

*Tho Boz.
de sig. ec-
cles. lib. 5.
cap. 3.*

Hæc amplissima memoria nostrâ diuinitus excita-
ta I E S V Societas, totius orbis loca percurrent, id
vnum præ oculis habet, vt in præcipuis quarumlibet re-
gionum ciuitatibus excitentur Gymnasia, in quibus per
eos ad bonas literas, moresq; pios, & verè Christianos
adolescentuli erudiantur. Exempli gratia: Goa est Me-
tropolis nobilissima Indiarum Orientalium: in ea per
ipsos erecta huiusmodi Schola, ad quā confluunt vndiq;
è diuersis regionibus oriundi Brachmanes, Persæ, Ara-
bes, Æthiopes, Armeni, Chaldæi, Abissyni. Canarij, Gu-
zarates, Dacanij, Malauares, & ex Indis, qui vltra & citra
Gangem sedes habent, & qui insulas habitant ab Indi-
co Oceano circumdatas; ex ea prodeunt innumerii al-
umni, & plurimos ad Christi cultum benè instituti pro-
ducunt, & longè plurimos ad veram pietatem corrobo-
rant. Rex Portugalliae Ioannes Tertius in ea vrbe huius-
modi Gymnasium idoneis opibus attributis erexit.

*Idem lib.
II. cap. 1.*

Habuit præterea eadem Societas, & adhuc habet plu-
rimos, qui longissimè positas oras adierunt, pericula in-
numera exantiarūt, ac durissimis omnibus rebus se sub-
iecerunt, vt inter barbaros & efferatos omnium maximè
populos, & cultum Christi amplificarent, & humanita-
tis studia inducerent; nunc enim non loquimur de mar-
tyribus, qui vitam profudere, sed de alijs, qui quāvis non
fuerint interfecti, acerbissima tamē quæq; sunt perpetri.
Atq; vt apertissima res fiat, nostra ètate possemus ex vna
hac Societate I e s v nominate supra mille viros, qui pro
Christi cultu inter Indos amplificando nihil non malo
tolerauerint, vastissima maria transmisserint nullo non
vitæ discrimine, cū gentibus ab omni humanitatis sen-
su abhorrentibus versentur, à quibus penè singulis ho-
ris, ne dum diebus mors timeatur, multis iniurijs affici-
antur, multis opprobrijs onerentur, dum non occulè, &

clam

clam more hæretorum hos illosue seducunt, & nouitatum erores per insidias spargunt, sed Christi Religionem Catholicam palam prædicant, nullis armis, nullis præfidijs fredi, sola muniti patiētia, sola fortitudine obtesti. Sed caius virtute nisi IESV cuius nomen gerunt?



SACROSANCTI NOMINIS IESV LAUDES ET INVOCATIO, TOTIUSQUE OPERIS BREVIS EPILOGUS.

CAP. XXXIII.

Quanquam omnia diuina nomina ad hoc potissimum fuerint instituta, ut partim ad amorem, partim ad spem, partim ad obsequendi studium & obedientiam, partim etiam ad spirituale gaudium & latitudinem homines incitarent: tamen cuncta hæc commoda & officia cumulatissime in hoc suauissimo IESVS, (id est) Saluatoris nomine contineri certum est. Nam quod ad amorem attinet, quis adeò ferreus est, qui Salvatorem non diligat: adeò potenter, ut in ditione eius cuncta sint posita: adeò diuitem, ut ipse sit uniuersorū Dominus: adeò verò pium & clementem, ut ipse ultrò seruandi homines curam suscepit, idq; tanto studio & affectu, ut cum unico verbo eos seruare posset, noluerit tamen nisi fuso sanguine redimere? Cumq; solus circumcisionis sua sanguis ad hoc sufficere potuisset, noluit nisi totum sanguinem in cruce moriens effundere. Et cum adhuc nonnulli sanguinis in mortuo corpore resideret, ipsū perfoisse crudelī cuspidē

IESV nō
men ad
amorem
incitat.

Item ad
spem.

Rursum
ad obedi-
entiam.

Dan.4.

Abac.3.
Et in eo
toto no-
stra est le-
spirituale
gaudiū.

latere fundi voluit : ne vel vna sanguinis gutta in cor-
pore suo reliqua esset, quæ non in redemptionis nostræ
precium offerretur. Quis igitur adeò salutis suæ ne-
gligens erit, qui nō hunc salutis suæ vindicem & auto-
rem totò corde ac tota mente diligat ? Quod verò ad
spem attinet, in quo alio spem meam tutius collocem,
quam in eo cui I E S V S , id est, Saluatoris nomen indi-
tum est ? cuius immensa sunt opes ? cuius infinita po-
tentia ? cuius ineluctabilis veritas ? cuius imensa &
infinita benignitas ? cuius denique, & nomen & offi-
cium est Seruatoris ? Quid enim in his est, quod spem
meam non fulciat, atque confirmet ? Iam verò (quod
ad obedientiam & studium obsequendi attinet) cui ob-
secro totum meum studium , & obsequium iustius de-
beo, quam ei à quo vita, salus, & omnis felicitas mea
pendet, vt totum videlicet illi militet, à quo totum cu-
stoditur atque seruatur ? Hoc enim potissimum nomi-
ne Darius Rex colendum esse Danielis Deum iudicavit,
idque in latissimo regno suo lata lege præcepit, quia
suorum ille esset protector atque seruator : Paucant,
inquit, omnes Deum Danielis , quia ipse est liberator atq;
Saluator , qui liberavit Danielem de lacu leonum . Hunc
igitur Saluatorem celebremus, hunc colamus, imò ve-
ro nostras in illo opes & gloriam cum Propheta prædi-
cemus dicentes : Ego autem in Domino gaudabo, Et exul-
tabo in Deo I E S V meo . Quod perinde est, ac si diceret:
Lætentur alij in fallacibus, & celeriter interitus bonis,
iactent opes & potentiam suam , victorias ingentes me-
titia, & morent atque triumphos, & auorum atque atauorum
stemmata longo ordine nuinerent : ego certè hæc ina-
nia bonorum simulachra pro nihilo ducens, in Deo I E-
s v meo lætabor, & gloriabor. Quamobrem ? Quia
ipse est fortitudo mea, qua aduersus tenebrarum princis-
pes decertabo, & ipse item ponet pedes meos quasi cer-
uorum : vt alacriter sine vlla offenditione viam mandato-
rum eius curram (per quam ad beatam & immortalem

vitam,

vitam, & optatæ felicitatis portum peruenitur) quò me tandem ipse perducet in Psalmis canentem: hoc est, misericordiam & salutem eius perpetuis hymnis celebratæ. Quid igitur est in quo magis Christianus homo quam in hoc salutari nomine meritò debeat gloriari? Itaque ad omnia nobis, virtutum officia, hoc sacratissimum I E S V nomen ita manum porrigit, ut verissimè dictum sit: hoc nomen cunctarum misericordiarum Domini ac totius Christianæ Philosophiæ esse compendium.

Quid ergò superest, nisi vt nos ipsos totamque vitam nostram in laudes huius sacratissimi nominis impendamus? Hoc enim nouum nomen, nouam salutem, & nouam diuinæ pietatis gratiam significat. Verè nemo est in cognitione nostra, qui vocetur hoc nomine. *Luc. 1.*
Hanc namque salutem, hanc gratiam, hunc denique cultori. *Vetus lex*
Saluatorem haec tenus non agnouit mundus. Quinque bus suis libres Moses de lege Domini scriptos reliquit: in qua quidpro-
quidem lege vix aliud cultoribus suis, quam vineas, oli-
ueta, ficera, domos rura, pecora, sospitatem, opes, atq;
diuitias pollicitus est. Consona verò legi Prophetarum
quoque vox ait: *Si volueritis & audieritis me, bonater-
& comedetis.* Quia enim carnis ille populus spiritua-
lium bonorum dignitatem, aut ignorabat, aut parvipe-
debat, aut certè negligebat, terrenorum verò bonorum
amore magis capiebatur: ideo hæc ipsa maximè pro il-
lius temporis ratione diuina lex promittebat. Qualis
autem erat salus, quam lex eo tempore cultoribus suis
pollicebatur, tales & Saluatores erant, quos quandoq;
Deus ad illorum salutem destinabat, nempe carnales:
qui videlicet non spiritualem, sed carnalem salutē peri-
clitantibus darent: quales olim fuere Gedeon, Iepheth,
Barach, Aioth, Samgar, Samson, ceterique similes. Non
erant autem veri & perfecti Saluatores: quia non ve-
ram, solidam, æternamque salutem; sed fragilem, ca-
ducam, & cum ipso corpore interitaram præstabant.

*Quales
fuerint
Saluato-
res vete-
ris legis.*

Quorsum autem hanc ego salutem magnificare debam? Quō mihi salus corporis, quod habeo cōmune cum brutis, neglecta s̄ lute animæ, quæ mihi communis est cum Angelis? Quorsum attinet, vt detur mihi lōga vita, nisi detur laudabilis, & immortalis vita? Quorsum mihi ingentes opes, quæ sunt incitamenta malorū, fomenta curarum, nutrimenta voluptatum, irritamenta superbiæ, arrogantiæ, ambitionisq; materia? Opes enim a q; diuitias multi philosophorum ne in honorū quidē numero ponendas esse censuerunt, & multi etiā, vt grauem & inutilem sarcinam cōtempserunt, & a se repulerunt.

Hieron. in
Epist.

Aliam sa-
lutem in-
quisierūt
PP. nouæ
legis.

Quæ tā-
dēm sit
vera sa-
lus.

Quod fecit Crates ille Thebanus, quē D. Hieron. refert, cum ingente auri copiam in mare proiecisset, dixisse: *Abite in profundum male cupiditates: ego vos mergāne ipse mergar à vobis.* Quale ergo præmiū virtutis est, q; vir sapiens contemnere meritò debeat? Quomodo B. Franciscus, Hilarion, Antonius alijq; sanctissimi Patres ad diuinorum mandatorū custodiām hoc præmio invitati potuissent, qui ita aurum, vt incendium fugiebant? Iam verò sicut perfectus medicus non est, qui causas nō amputat mōrborum: ita perfectus liberator non est, qui malorum & interitus cauſas non exscindit. Scimus autem paupertatē, orbitatem, egritudines, exilio, luctus, adeniq; omnia, quæ pro malis apud homines habētur, ex malo cuiq; originē ducere. Qui quis ergo verus hominum Saluator futurus est, hanc malorū cauſam absconde debet. Si ergo me Domine seruare vis, hoc modo quæso me serua & libera. Libera me a peccatis meis, & a peccatorū mentiū inceptoribus, qui sunt Dæmones crudelissimi hostes animæ meæ. Libera me ab ira tua, quæ sola me in perpetuas tenebras, & incendia detrudere potest. Libera me a cupiditatibus meis, hoc est, a crudelissimis carnili cibis, qui me in omnia afflictiorū genera præcipitem agunt: quiq; animum meum miris modis puniunt, torquent, lacerant, & varijs curis viscera mea exedunt. Ab iis me Domine tortoribus internis vindicabis.

ca, qui mihi verā animæ pacem, libertatem, tranquillitatem, & innocentiam adimunt: & ita verè Saluator & liberator meus eris. Hanc autem salutē nemo nisi tu solus, donare potest. Non enim haec dare potest natura, quæ peccati morbo corrupta est: non humana philosophia, q[uod] hominum inuentum est, & supra hominē attollere se necit: non deniq[ue], ipsa legis tuae doctrina, cum non habeat spiritum viuificantem, sed literam occidētem: nec item veteris legis sacramenta, quæ vacua & gena elementa sunt. Tu solus Domine Iesv, qui naturæ cōditores, collapsam potes reformare naturā: tu solus qui velut innocentissimus agnus ab omni peccati labe immunis es peccata potes condonare, nosq[ue]; à tyrannide peccatorū eripere. Hanc Domine à te salutē expeto, hanc requiro, hanc votis omnibus exposco. Nolo salutem ruditis illius populi, quam vbi adeptus est, *incrassatus impinguatus, & dilatatus dereliquit Deum factorem suū, & recessit a Deo salutari suo.* Nolo salutem & opes Salomonis, quas vbi percepit, sua ipsi felicitate prostratus, sacrilegas Dijs alienis aras & templa constituit. Nolo deniq[ue], aliorū regum, aut etiam Imperatorum salutem: qui ceteris hominibus imperates, cupiditatibus suis turpissimè seruerunt. Huiusmodi ego salutes nolo. Volo autem salutem illā, quam sanctus Job in sterquilino vermibus exesus retinuit: qui rebus omnibus amissis, innocentiam & iustitiam conseruavit. Volo salutē quam Hieremias promeruit: qui à furente populo propter Dei gloriā lapidatus est: quam etiam assicutus est Ilaias, qui ob eandem causam per medium sectus est: quam habuit Ioannes Baptista, qui capite propter iustitiam truncatus est: quam iterum innumerabiles alij sancti adepti sunt, qui vitam in tormentis abijcentes, fidem & pietatem constanti animo retinuerunt. Hanc Domine salutem volo, quæ cum fide & iustitia coniuncta est: talemque Salvatorem votis omnibus expeto, cum Propheta clamans: *Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum,*

Quisnā
veram fa-
lutē do-
nare pos-
fit.

Gal. 4.

Deut. 32.

aperia-

Isa. 45.

aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oritur simul. Hi erant sanctorum omnium clamores, hæ Prophetarum consonæ voces, hæc eorum vota atque suspiria. Si quis igitur horum beatissimorum Patrum haec, quæ retulimus cælestis nuntij verba audiuisset: nempe, *Vocabis nomen eius I E S V M, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum,* quid faceret? quid diceret? qua lætitia perlsultaret? quas tantæ salutis auctori gratias non ageret? quibus vocibus & sibi ipsi gratularetur, & laudes Domini prædicaret? Sit igitur felix faustusque Domine I E S V aduentus tuus, felix circuncisio, felix salutaris tui N O M I N I S impositio. Iam nunc cum pueris Hebræorum meritò cantare possumus: *Benedictus, qui venit in nomine Domini: O sanna in excelsis.* Abs te namque Domine tanquam a vero & summo Saluatore salutem non terrenam, sed cœlestem: non temporalem, sed æternam: non corporum sed animorum expetimus: qualem optabat sanctus ille Patriarcha, qui in extremo vitæ halitu constitutus desperata iam corporis salute, te salutem solidam exoptabat dicens: *Salutare tuum expectabo Domine.* Cuius cum compotes facti fuemus, quid non effecturi sumus? Si enim hoc affectu & pietate sunt omnes p̄ij propter percepta in hac vita bona gratiæ, quo affectu erunt cum percepient bona gloriæ? Quo tunc mentis ardore gloriosum illud nomen prædicabunt, per quod tantam bonorum omnium copiam adepti sunt? Hoc est enim, quod Apostolus ait: In nomine I E S V omne genu flecti debere, non modò terrestrium & infernorum; sed etiam cœlestium, hoc est, omnium beatorum. Quo enim isti maiora bona per illud consecuti sunt, hoc se magis illi submittent, magisque in illius amorem, & laudes se totos effundent. Hoc autem dabit aliquando Dominus, ut experiamur. Sed ut affectus huius in dictum aliquod habeamus, alicuius beatæ mentis animam nobis ante oculos proponamus.

Luc. 1. &
Matth. 1.

Matth. 21.

Gen. 49.

Phil. 2.

In' cælo
experi-
mūr tan-
dem gau-
dia bea-
torum.

Cum

Cum hæc igitur felix anima in cælo residens, eos videat, qui in gehenna torquentur, qui (ut Isaïas ait) erunt ad visionem omnis carni : cum inquam, videt exterioris illas tenebras, stridorem dentium, & fletum, & fremitum, & ignem, & vermem, & malleos, & serpentes, & clamores torquentium simul atque tortorum ceteraque omnia pænarum genera, quæ ibidem perpetuo miseri patiuntur : videatque contra se Christi meritis, & sanguine non modò a tantis malis ereptam: sed æterna etiam gloria, & immortalitate donatam, in tanta degere felicitate, quantam nulla, neque hominum, nec Angelorum lingua valeat explicare: quid quæso faciet? illa futura sint.

Quanta
Dæv. 3.

in tuebitur? quomodo illius sacra vulnera, per quæ tantam salutem adepta est, exosculabitur? quo affectu sanctissimis illis pedibus prouoluetur? quas illi gratias aget, cum se per illum tantorum bonorum compotem effectam cernet? Tres illi pueri, quos Nabuchodonosor in fornacem ignis propter confessionem Domini proiecit, dum ab incendio crepitantium flamarum Dominica se protectione illæfos viderent: adeò in amorem sui liberatoris exarserunt, ut omnes animi fibras in laudem eius atque ora laxantes, nullam nec in cælo, nec in terra, nec in mari creaturam relinquenter, quam non ad communis Domini laudes inuitarent. Quod si illi à momentaneo corporis incendio erepti, ita se totos in præconia diuini nominis effuderunt: quid quæso illi facient, qui non modo ab incendijs æternis per Christi nomen se liberatos vident, sed etiam cælestis & æterni regni possessione donatos? quibus quæso oculis tantæ felicitatis autorem intuebuntur? quo erga illum amore flagrabunt? quo affectu rosea illa vulnera exosculabuntur, per quæ sciunt aditum sibi ad immortalitatis gloriam patuisse? quas deniq; laudes & gratias illi pro tanto beneficio non agent? Qua pietate & affectu quisq; eorum dicer: Perpetuis laudibus misericordiam & be-

nigni-

ignitatē tuam celebrabo amantissime rex meus & Deus
neus, quia per te ab æterna morte liberatus sum, per te
Angelorum ciuiumq; supernorum choris a scriptus sum,
& per te regnabo in secula seculorum. Benedicant er-
gò tibi præcordia, & viscera mea: qui per te tam ma-
gnificis donis ac muneribus ditata sunt. Videtis ergò, &
intenditis p̄ij Lectores, quo pietatis & dilectionis ardo-
re genua cœlestium & supernorū ciuium huic glorio-
so nomini flectuntur?

Quo sup-
plicio di-
gni sint,
qui abu-
tūtur Ie-
sū no-
mine.

Si ergò tanta religione & pietate salutare hoc nomen
colendum est, quo supplicio digni sunt, qui tam impu-
denter huius nominis maiestate abutuntur: dum passim
pro rebus nihil & iurant & peierant, non viri modò, sed
etiam fœminæ, atque adeò pueri & infantes: qui cum
viximus ad plenum verba formare sciant, iurare iam &
peierare norunt, quod non nisi a parentibus suis didici
posse tuerunt.

Quanto
honore il-
lud prose-
cutus fue-
rit B. Frá-
ciscus.

Quos planè verendum est, ne habeant pœnæ consor-
tes, quos habuerunt magistros erroris. Olim quidem
in lege nomen Dei quatuor literarum diuinissimum at-
que arcانum nemo usui pare audebat, nisi summus sa-
cerdos, idque in templi adytis, & in die solemni, & facie
vestibus indutus: modò autem non pudet pueros, &
puellas passim venerandum hoc nomen per quod salus
mundo reddita est, proterere & profanare. B. Franci-
scus ante mortem testamentum condidit, in quo fami-
liaria quædam mandata filijs suis seruanda reliquit: in-
ter quæ hoc præcipue numeratur: Sanctissima Verò no-
mina, Et Verba Dei & bicunque reperta fuerint, solo colligi,
& in loco honesto collocari. Videte, quæso, quæ cura san-
ctissimi viri pectus in morte sollicitabat? Sui enim
quodammodo oblitus, de reuerentia huic sacro nomi-
ni exhibenda sollicitus erat. At nos miseri, nihil minus
curamus: fortasse quia salutem eam, quæ per hoc no-
men in mundum allata est, nec dum mente perceperimus,
comprehendimus affectu. Rogo vos Lectores, ut ob hu-
ius

Epilogus

jus sacri nominis reverentiam apud se unusquisque firmaret statuat, tum a se, tum a liberis, & familiis sua hanc divini nominis iniuriam procul pelere.: ut hoc videlicet nomine ad misericordiam nostrarum commune praesidium, non ad mendacia nostra confirmandi abutamur. Quia autem ratione hoc nomen inuocare debeamus, D. Augustini exemplo suo docet his verbis: *Quis est IESVS nisi Salvator?* Ergo propter teimetus sum esto mihi IESVS. *Noli Domine, noli sic attendere malum meum,* si obliuiscaris bonum tuum. O bone Domine, & si ego admissus unde me damnare possis, tu non amisisti unde me salvare soles. Sic igitur fiet, ut huius nominis praesidio non ad iurandi abusum, sed ad petendi suffragium religiosè vtentes, æternam tandem salutem, & immortali tatis gloriam per illud consequi mereamur.

Ex Aurelio Prudentio in Apotheosi.

O Nomen prædulce mihi, lux & decus, & spes,
Præsidiumq[ue] meum, requies & certa laborum,
Blandus in ore sapor, fragrans odor, irriguis fontes,
Castus amor, elegans species, sincera voluptas.

Iulij Scaligeri versus.

Non est aliud gemino sub fornice celi,
Sub stroboli cardine, quam nomen IESV.
Quo certa salus maneat, spes certa salutis.
Ergo misere da pie sic posse vocare,
Humani generis amor, sarta testa, portas,
Asserta quies, premia gratuita mundi:
IESV pie, IESV bone, misissime IESV,
Nil addo: cepio omnia: sat IESV, IESV, IESV.

,, ACT. 4.

,,

,,

,,

In calce

ad SS.

Aug.

Agnus doctorum virorum claudat nostri seculi clarissimum fidus, cuius hoc ad dulcissimum & glotiosum nomen est votum:

SAN-

SANCTE FORTIS, SANCTE IMMORTALIS,
MISERICORS ET MISERATOR DOMINE,
QVI PECCATORVM ES REFVGIVM,
POENITENTIVM AVXILIVM,
MERCES SANCTORVM ET PRÆMIUM,
SPES VIRTUS, SALVS OMNIUM.
CVI SERVIRE, REGNUM,
QVEM COGITARE, MEL ET MANNA,
INTVERI, FELICITAS PERFECTA EST.
ATE OCCOEPIMVS, A QVO OMNIA,
IN TE DESINIMVS, IN QVEM OMNIA.
TV TROS SERVA, SVPLICES SERVA,
CONTRITOS CORDE SERVA,
SERVA QVOS REDEMISTI, SERVA.
SERVA QVOS SERVASTI, SERVA.
SERVA REDEMPTOR, SERVA SERVATOR,
SERVA, CONSERVA.

PROFESSIO AVCTORIS.

QVÆCVNQUE ET HIC ET ALIBI SCRIPSI; EA
CVNCTA S. A. ET C. R. ECCLESIAE IUDI-
CIO, ET PIORVM THEOLOGORVM CENSVRÆ SVB-
IICIO: SI QVID IGNARO ELAPSVM, QVOD EC-
CLESIAE MINVS PROBETVR, IMPROBO, DAMNO, ET
PRO NON SCRIPTO HABERI VOLO.

F. CAROLVS STENGELIVS ORD.
S. BENEDICTI



A V C T A R I V M.

Pro deuotione exercendâ ergâ dulcissi-
mum nomen I E S V.



Pio Lectori S.

Voniam totius præcedentis syntagmatis la-
bor, eo fine præcipue suscep̄tus est, ad inflâ-
mandum affectum, & deuotionem excitan-
dam ergâ SS. nomen I E S V, Viris quibus-
dam, & religione & doctrina præcellentibus operæ præ-
tium visum est, si orationem vnam aut alteram, & Lita-
nias aliquot subiungeremus, vt si pietatis studiosus Le-
ctor libelli nostri lectione ad amorem benedicti hu-
ius nominis inflammatus fuisset, eundem suum affe-
ctum eâdem operâ hîc practicè exercere posset. Porro
eam, quam primò loco ponimus, Hispanico idiomate
conscriptam, & à R. P. Ferdinando Cröndelio Societa-
tis I E S V Theologo, Ingolstadio ad nos transmissam,
de verbo ad verbum, pro ut intelligere potuimus, in La-
tinum sermonem vtcunque traduximus : in paragra-
phos verò distincta est, vt si cai prolixior visa fuerit, ea
per partes vti possit.

Vale mi Lector, & D E V M pro nobis precari me-
mento.

O Oratio



Oratio de Sanctissimo Nominе

I E S V.

O Gloriosum nomen I E S V., nomen dulce, nomen I.
suaue, nomen in aestimabilis virtutis & reverentiae,
inuenit am a Deo, delatum e cælo, pronunciatum ab An-
gelo, & desiderabile toti mundo. Hoc nomen fugient
Demones, contremiscunt tartarex potestates, per hoc
victoria obtinetur in prælio, refrinantur tentationes,
consolantur afflicti, ad hoc refugiant tribulati, & in
hoc spem suam repositam habent omnes peccatores.
Quid enim est I E S V s nisi Saluator, qui saluos facit
peccatores? Huc usque, Domine, quotquot a te
missi fuerunt Saluatores in hunc mundum, erant Sal-
uatores corporis, qui conseruant bona temporalia,
vineas & domos, sed animas perire permiserunt, & sub
peccati iugo & potestate inimici reliquerunt.

Sed tu Domine, Saluator es animarum & corporum,
& nos iveras ab omnibus malis culpæ & pœnæ, & totū
hominem saluum facis; quod totum comprehenditur
in hoc suauissimo nomine I E S V s. Quandoquidem 2.
ergo liberasti nos Domine, tuo pretiosissimo sanguine
de peccato, iuxta quoq; eripuisti nos de seruitute Dia-
boli, de tyrannide mortis, de horribili & saeuo carcere
infernali, qui peccato debebatur, & dedisti nobis pignus
æternæ vitæ, amoris & diuinitatis, possessionis omnium
bonorum, quæ tua salute comprehendi possunt.

Eia ô bone I E S V, salua me; salua me à meis peccatis,
Saluator meus, salua & libera me à meis malis affecti-
bus, ne sequar imperium bestialium & inordinatarum
mearum passionum. Libera me ab appetitu carnis, nec
permittas me fieri seruum & mancipium huius mundi,
vt vincam vanos timores, & inanes spes huius blandi &
fallacis tyranni, vt tandem liberer ex ergastulo, & ex vn-
guibus Sathanæ, vt incipiam gustare & sentire tuam sa-

O 2 luteum,

ludem, & dulcedinem & potentiam tui nominis benedicti.

4. O nomen adorandum in cælo, reuerendum in terra, & admirabile inferno. Iesus est mel in ore, melodia in aure, & iubilus in corde; Oleum effutum de cælo in terram, ut illustret nostras tenebras; eibus ad confortandum corda nostra, medicina ad curandas nostras plagas & vulnera; nam hæc omnia continentur nomine Saluatoris & salutis.
5. Hoc est NOME amabilissimum, in cuius virtute saluatur, qui saluandi sunt, & sine quo non potest salus haberi. Hoc nomen confortauit Martyres, ut læti sum funderent sanguinem pro hoc Saluatore, qui pro ipsis suum fuderat sanguinem.
6. Pro hoc NOME lapidatus est S. Stephanus, crucifixus S. Petrus, decollatus S. Paulus, excoriatus S. Bartholomæus, assatus S. Laurentius, & omnes reliqui Apostoli, & Martyres fuderunt sanguinem, contumelias sunt passi, persequitiones & mortem sustinuerunt: qui omnes glorificauerunt suo sanguine purissimo, hoc dulcissimum NOME, vel magis ipsis glorificati sunt isto NOME.
7. O NOME salutare, & potens ad nihilum redigere vanitatem superbiæ, refrænare impetus iræ, extingue re flamas luxuriæ, sanare vulnera inuidiæ, temperare sitim concupiscentiæ, moderari gulam, excitare nostram pigritudinem: Est deniq; efficacissimum remedium contra omnia nostra vitia, & mala.
8. O felix & superbenedictum NOME, quod continet in se omnia nomina Dei, quod hominibus maiori est solatio, quam omnia cetera nomina, quod peccatori desiderabilius esse debet, quam remissio peccatorum, & iustitia & salus. Iustus es Domine mi, ut cognoscamus & appellemus te filium Dei, Splendorem gloriae & figuram diuinæ substantiæ, Verbum Patris, Virtutem & Sapientiam omnipotentis, hæredem vniuersorum Re-

gem

gem Regum, & Dominum Dominantium, Iustum est,
vt demus tibi titulos, quos dederunt tibi Prophetæ, &
vt appellemus te Admirabilem, Consilarium, Devum,
fortem, patrem futuri seculi, & Principem pacis: & vt
appellemus te Orientem, Magni consilij Angelum, &
iustum nostrum, & nostram iustitiam, & omnibus cete-
ris gloriosis appellationibus honoremus & inuoce-
mus.

Quandoquidem omnia ista nomina continentur in
SS. nomine I e s v, quæ omnia pertinent ad tuam glo-
riam vel nostram salutem: quæ operatus es tanquam
Deus incomprehensibilis maiestatis, & tanquam homo
mansuetus & humilis, & humiliasti te pro nobis, & hoc
totum significat nomen I e s v s, & Saluator.

Ad te confugimus Domine, ad te clamamus, tuum
sanctissimum nomen inuocamus contra omnes nostras
miserias & mala, quæ nos circundant. Salua nos Do-
mine, Saluator mundi, qui nos tua cruce & sanguine re-
demisti. Conforta debilem, solare mestum, adiuua in-
firmum, erige iacentem, vt qui iam gratiam consequi-
sumus per tuum SS. nomen, & a Christo Christiani
vocamus (qui nos unitate gratiæ tuæ vngis ad pugnandum)
sic cum pugnauerimus, & per tuam gratiam vi-
tores effecti fuerimus, obtineamus nomen salutis, &
participes fiamus tui dulcissimi nominis, quod est I e-
s v s, huc Saluator, per omnia secula se-
culorum. A M E N.



Alia Oratio de eodem.

O Verè delectabile nomen, aurora ac luce
meridiana clarius, lacte melle quæ dulcissimus,
omnibus exercitibus validius, mundo yniuerso
capacius, cælo sublimius, inferno profundius,
regum sceptris ac coronis nobilissimus, auro & ar-
gento splendidius, cælorum gloria, pauor in-
fernii, spes & salus mortaliuum. Per te mors ipsa,
vita efficitur: absque te omnis voluptas dolor
est atque tristitia. Per te omnis ignominia, glo-
ria & splendor est: absque te omnis gloria in
ignominiam conuertitur. Per te omnis infir-
mitas, sanitas & robur est: absque te omne ro-
bur infirmitas. Per te, quod nihil erat, factum
est aliquid, immò totum: sine te euaneant om-
nia, ac in nihilum rediguntur. Sis ergo semper
nobiscum, ô nomen delectabile, insculparis
cordibus & memoriæ, charactere indelebili:
hoc est, pacis & belli, noctis atque diei tempo-
re. In latititia & mœtore, in urbibus, in campis,
sis nostra directio & salus; ac tandem gloria no-
stra futuris seculis. O dulcis I e s v., sis mihi Ie-
s u s: da mihi gratiam circumcidendi superflua
carnis meæ desideria, cogitationes & opera, om-
nium sensuum meorum incitamenta illicita: ut
per hanc spiritualem circumcisionem, eius effe-
ctus, quem producere solet, particeps siam.

Et tu, ô Virgo benignissima, quæ octauo ab
ortu die Filium tuum charissimum ac innocent-

missum, in peccatorum numero haberi, atque
ut me saluaret, sanguinem suum; ut artham infi-
nitam suæ erga nos charitatis effundere vidisti;
quæque intrinsecus ista dolore, virgineas illas
tuas lacrymas, amoris purissimi indices, emisi-
sti: impetra mihi compassionis & doloris tui co-
piosum fructum, ut & de hoc gloriose IESV no-
mine Filio tuo gratuler, & corpus meum ab
omni circumcidam iniqüitate; quod fiat, ut om-
nes actiones meæ puræ sint, & diuinæ subiectæ
voluntati. Denique nomen IESV sacrosan-
ctum, aduersus hostes omnes sit mihi armatu-
ra, solarium in exilio, vulnerum ac morborum
spiritualium peculiare remedium, postremò ve-
rò vita atque beatitudo in æternum. Amen.

Pater noster.

Ave Maria.

ORATIO.

Deus qui gloriose ac mirabili nomine dile-
ctum Unicum tuum Redemptorem no-
strum IESVM appellari voluisti: concede pro-
pitius; ut qui eiusdem benedicti Saluatoris no-
men venerantur in terris, eius felici consortio
perfruantur in cælis. Amen.



Litanie IESV CHRISTI
Saluatoris nostri.

Approba-
ta à Sede
Apost. ad
instantiam
Serenissi-
mi Duciis
Bavaria.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Iesu Fili Dei viui, Miserere nobis.

Iesu potentissime,
fortissime,
perfectissime,
gloriosissime,
mirifice,
iucundissime,
charissime,
clarior sole,
pulchrior luna,
splendidior stellis,
admirabilis,
delectabilis,
honorabilis,
humilime,
pauperime,
mitissime,

Miserere nobis.

Iesu

patientissime,
obedientissime,
castissime,
amator castitatis,
amator pacis,
amor noster,
speculum vitæ,
exemplar virtutum,
decus morum,
zelator animarum,
refugium nostrum,
pater pauperum,
consolatio afflictorum,
thesaurus fidelium,
Iesu gemma pretiosa,
armarium perfectionis,
bone pastor oulum,
stella maris,
lux vera,
sapientia æterna,
bonitas infinita,
gaudium Angelorum,
rex Patriarcharum,
inspirator Prophetarum,
magister Apostolorum,
doctor Euangelistarum,
fortitudo Martyrum,
lumen Confessorum,
spouse Virginum,

Miserere nobis.

O s

Iesu

teis corona Sanctorum omnium; Miserere nobis.
 Propitius esto, Parce nobis Iesu.
 Propitius esto, Exaudi nos Iesu.
 Ab omni malo, Libera nos Iesu.
 Ab ira tua,
 Ab infidijs diaboli,
 A peste, fame, & bello,
 A transgressione mandatorum tuorum,
 Ab incurso omnium malorum,
 Per incarnationem tuam,
 Per aduentum tuum,
 Per nativitatem tuam,
 Per dolores tuos,
 Per flagella tua,
 Per mortem tuam,
 Per resurrectionem tuam,
 Per ascensionem tuam,
 Per gaudia tua,
 Per gloriam tuam,
 Per dulcissimam Virginem matrem tuam,
 Per intercessionem omnium Sanctorum,
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Iesu.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Iesu.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Iesu.
 Iesu Christe audi nos.
 Iesu Christe exaudi nos.

Liberat nos Domine.

Kyrie

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos, &c.

v. Benedic anima mea Domino.

R. Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

v. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usque in seculum.

v. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Onnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare.

Sancti nominis tui Domine timorem patiter & amorem fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituisti.

Deus virtutum, cuius est totum quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & praesta in nobis religionis augmentum: ut quæ sunt bona nutrias, ac pie-tatis studio, quæ sunt nutrita custodias.

Eccliam tuam Domine miseratio continua mundet & muniat: & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper mune-re gubernetur.

Deus,

DEVS, qui glorioſiſſimum nomen IESV Christi Filij tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis ſummo ſuauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile: concede propitiuſ; vt omnes qui hoc nomen IESV deuotè venerantur in terris, sanctæ conſolationis dulcedinem in praſenti percipient, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in caelis. Per eumdem Dominum nostrum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Dño. **R.** Deo gratias.

V. Et fideliū animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

Canticum de nomine IESV Christi Domini nostri, respondens litteris verborum ſequentium.

LAUS IESV CHRISTO MESSIA
PER BENIGNO, DEO QVE NOSTRO.

LAudate pueri & serui Dominum, laudate nomen Domini.

AA solis ortu uſque ad occasum laudabile nomen Domini.

VUſquequid Deus improperebit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem?

SSit nomen eius benedictum in ſecula: ante ſolem permanet nomen eius.

Iubi-

Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.

Et benedictum nomen Maiestatis eius in eternum, & replebitur Maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.

Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientiae, timor Domini.

Vt annuntient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ierusalem.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor Regis iudicium diligit.

Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti querentes te Domine.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia.

O Domine saluum me fac, Domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.

- E**xurge Domine, adiuua nos, & redime nos
propter nomen tuum.
- S**i oblii sumus nomen Dei nostri, & si expan-
dimus manus nostras ad deum alienum, non-
ne Deus requiri et ista?
- S**ecundum nomen tuum Deus, sic & laus tua
in fines terrae.
- I**n Deo laudabimur teta die, & in nomine tuo
confitebimur in seculum.
- X**Effunde iram tuam in gentes quae te non noue-
tunt, & in regna, quae nomen tuum non inno-
cauerunt.
- P**ropter nomen tuum Domine propitiaberis
peccato meo, multum est enim.
- E**t nomini tuo psalmum dicam.
- R**eges omnes terrae timebunt gloriam tuam, &
gentes nomen tuum Domine.
- B**eatus vir cuius est nomen Domini spes eius,
& non respexit in vanitates & insanias falsas.
- E**t tu Domine Domine fac mecum propter no-
men tuum.
- N**on nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo
da gloriam.
- I**n te inimicos nostros ventilabimus cornu, &
in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.
- G**loriabuntur in te omnes qui diligunt nomen
tuum, quoniam tu benedices iusto.
- N**on dixerunt qui preteribant, Benedictio Dni
super vos; benediximus vobis in nomine Dni.

Omnies

Omnis gentes circuerunt me, & in nomine Domini, quia vltus tuum in eos.

o

Domine Dominus noster, quām admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

d

Exaltabo te Deus meus Rex, & bēnedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi.

e

Orationem meam quoniam exaudisti tu Deus meus, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

o

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ tribuit mihi? Calicem salutatis accipiam, & nomen Domini inuocabo.

q

Vt notam ficeret potentiam suam, saluauit eos propter nomen suum.

v

Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.

s

Non discedimus à te, viuiscabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

n

Os meum loquetur laudationem Domini, & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum & in seculum seculi.

o

Saluauit nos propter nomen suum, vt notam ficeret potentiam suam.

s

Tuo nomini sic psalmum dicam, vt reddam vota mea de die in diem.

r

Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuvenes & virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

r

Omnia

Omnia quæ intra me sunt, benedicant nomini
sancto eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Aliæ petitiones deuotæ

*Ad DOMINVM IESVM CHRISTVM,
ex S. Augustino & Thoma à
Kempis.*

D Omine I E S V, nouerim me, nouerim te:
Nec aliquid cupiam nisi te.

Vt odiam me, & amem te:

Quidquid agam propter te.

Humilem me, exalte te:

Nil cogitem, nisi te.

Mortificem me, & viuam in te:

Quæcumque veniant, accipiam à te.

Persequar me, sequar te:

Semper optem sequi te,

Fugiam me, configiam ad te:

Dignus sim defendi à te.

Timeam mihi, timeam te:

Simque de electis à te.

Diffidam mihi, fidam in te:

Obedire velim, propter te.

In nullo afficiar nisi in te:

Aspice me, vt diligam te.

Voca me, vt videam te:

Et in æternum portar te.

Tu enim es sponsus amantibus; & qui adhuc in

timor

timore tibi seruiunt, metuendus Dominus. Pa-
ter es bonis filijs : malevolis autem districtus
Iudex. Infirmis es medicus, & sanis solidus ci-
bus. Doctor ignorantibus, & obtemperanti-
bus tibi salus æterna. Via incipientibus, Veri-
tas proficientibus, & Vita perfectis. Sine via
non itur : sine veritate non cognoscitur : sine
vita non viuitur. Tu es via quam sequi debe-
mus, veritas cui credere, vita quam sperare.
Tu es via inuiolabilis, veritas infallibilis, vita
interminabilis. Via rectissima, veritas supre-
ma, vita verè vita, beata, vita increata. Tu es
spes pœnitentibus, iustis consolator optimus.
Gloria humilium, pœna superborum. Lux in
tenebris, lucerna in noctibus. Dans medelam
ægris mentibus, & vinum latitiæ multūm tri-
stibus. Stans cum pugnantibus, ambulans cum
proficientibus, currens cum feruentibus, vo-
lans cum contemplantibus. Præsens oranti-
bus, loquens cum legentibus, quiescens
cum meditantibus.



*Aliæ Litanie ad IESVM Christum Sal-
natorem nostrum ex Sacra
Scriptura.*

K Yrie eleison.
Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Santa Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

Iesu Deus fortis & Saluator, Miserere nobis.

Illuminatio & fortitudo nostra,

Scutum omnium in te sperantium,

Princeps pacis,

Rex gloriae,

Doctor iustitiae,

Lux mundi,

Salus, vita & resurrectio nostra,

Via, veritas, & vita,

Iesu Dator gratiae & gloriae,

Vita & mortis Domine,

Auctor & fons vitae,

Dux & preceptor gentium,

Rex noster & legifer,

Turris fortitudinis,

Rex Regum, & Domine dominantium,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu in cuius ditione cuncta sunt posita, Misere-
re nobis.

Cui data est omnis potestas in cælo
& in terra,

Quem adorant & colunt omnia,
In quo & per quem vivunt omnia,
Verbo virtutis tuæ omnia portans,

Imago bonitatis Dei,

Candor lucis æternæ;

Splendor paternæ gloriæ;

Speculum sine maculâ,

Speciose formâ præ filijs hominum,

Flos campi,

Lilium conuallium,

Vitis vera fructificans suavitatem o-
doris,

Cuius odor quasi balsamum non mi-
stum,

Botrus Cypti,

Quasi platanus exaltata iuxta aquas,

Terebinthus ramos honoris & gra-
tiæ extendens;

Aquæ ductus, exiens de paradyso,

Plantatio rosæ in Hiericho,

Quasi palma exaltata in cades,

Myrrha electa dans suavitatem odo-
ris,

Oliua speciosa in campis;

Quasi Cedrus exaltata in Libano,

Miserere nobis.

Iesu Cypressus in monte Syon, Misere nobis.

Culus flores, fructus honoris & honestatis,
 Sicut Cinnamomum & balsamum
 aromatizans,
 Libanus non incisus, vaporans habitationem tuam,
 Iesu Per nationes in animas sanctas te transferens,
 Torrente voluptatis tuæ sanctos potans,
 Ab ubertate domus tuæ sanctos omnes inebrians,
 Propitius esto, Parce nobis Domine.
 Propitius esto, Exaudi nos Domine.
 Ab omni malo, Libera nos Domine,
 Ab omni peccato,
 A Laqueis Diaboli,
 Ex omnibus tribulationibus & angustijs nostris,
 Ab aduersitatibus & erroribus vniuersis,
 A gehennâ ignis,
 Per dilectam animam tuam,
 Per altitudinem cogitationum tuarum,
 Per prudeniam verborum tuotum,
 Per integritatem operum tuorum,
 Per innocentiam vitæ tuæ,
 Per omnes vires corporis & animæ tuæ,

Misere nobis.

Libera nos Domine.

In

In virtute tua, Libera nos Domine.
Propter gloriam nominis tui, Libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut peccata nostra perfectè deleas,
Ut omnia vitiorum mala in nobis mortifices,
Ut conscientias nostras visitando purifiques,
Ut spiritum tuum super nos copiosè effundas,
Ut animas nostras ab omni tentatione custodias,
Ut corda nostra plenè possideas,
Ut corpora nostra ab omni aduersitate protegas,
Ut sensus nostros ab omni vanitate defendas,
Ut splendore vultus tui intellectum nostrum illumines,
Ut ignem tui amoris in voluntate nostra vehementer accendas,
Ut memoriam nostram tua sancta præsentia perpetuò lœtifices,
Ut fidem veram nobis augeas,
Ut spem in te firmam nobis addas,
Ut tuam in nobis charitatem perficias,
Ut sermones & cogitationes nostras sanctifices,
Ut studia & actiones nostras, iuxta bene-

Terogamus audinos.

placitum tuæ voluntatis, diregas & promoueas, Te rogamus audi nos.
Vt imperfectum nostrum tua bonitate suppleas, Te rogamus audi nos.
Vt perfectam spiritus paupertatem nos docreas,
Vt mentis & corporis castitatem nobis tribuas,
Vt humilis obedientiæ donum nobis augreas,
Vt afflictiones nostras oculis tuç misericordiæ aspicias,
Vt insidiantes hostes potenter repellas,
Vt nostras ad te rebelles voluntates compellas,
Vt gubernatoribus & superioribus nostris assistas,
Vt benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,
Vt nos tua pietate concordes efficias,
Vt inimicis nostris indulgeas,
Vt perseverantiam, in tuo sancto seruitio, nobis dones,
Vt nos à te nunquam separati permittas,
Vt mortem sanctam & finem felicem nobis concedas,
Vt nos regni tui cohæredes efficias,
Vt viuis gratiam, defunctis vitam æternam dones;

Te rogamus audi nos.

Vt

Vt orationes nostras clementer exaudias, Te
rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce no-
bis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi
nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere
nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas. Sed libera nos, &c.

v. Benedicam Dominum in omni tempore.

r. Semper laus eius in ore meo.

v. In Domino laudabitur anima mea.

r. Audiant mansueti & lætentur.

v. Magnificate Dominum mecum.

r. Et exaltemus nomen eius in idipsum.

v. Domine exaudi orationem meam,

r. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

F Amilliam tuam quæsumus Domine propi-
tius respice, & saporem nobis æternæ sapi-
entiae benignus infunde, ut eius dulcedine mel-
iflua prægustata, omnia terrena valeamus de-

spicere, & tibi summo bono ardenti desiderio iugiter adhærere.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & cælesti nos protege benignus auxilio, vt actiones nostras, & præcedente gratia tua diriges, & subsequentे comitari digneris, nosque in tuo famulatu perseverantes, sub tuo semper præsidio gaudere concedas.

Domine IESV CHRISTE qui dixisti: petite & accipietis; quærите & inuenietis; pulsate & aperietur vobis; da quæsumus perentibus nobis tui sanctissimi nominis affectum, vt te toto corde, ore & opere diligamus, & à tua laude, nunquam cessemus.

Protector in te sperantim Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam, vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna.

Devs, qui per coæternam tibi sapientiam, hominem cum non esset, condidisti, perditumque misericorditer reformâsti: præsta quæsumus, vt eadem corda nostra inspirante, te totalmente amemus, & ad te toto corde curramus. Per eundem Dominum nostrum, &c.

¶. Domine exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. Deo gratias.

¶. Et

v. Et fidelium animæ per misericordiam Dei
requiescant in pace.

v. Amen.



**ALIÆ LITANIÆ AD IESVM
DE VITA ET PASSIONE
cius.**

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

Iesu sapientia æterna, Miserere nobis.

De Virgine MARIA nate,

A tua genitrice adorate,

Pannis inuolute,

In præsepio reclinate,

Iesu Vbere virgineo lactate,

A pastoribus in præsepio cognite,

Per circumcisio[n]em sub lege facte,

A Magis adorate,

In templo præsentate,

Miserere nobis.

Iesu in Aegyptum delate, Miserere nobis.

Ab Herode ad necem quæsite,

In Nazareth nutritæ,

In templo inuente,

Parentibus subdite,

A Ioanne baptizate,

In deserto tentate,

Cum hominibus conuersate,

Gratis odio habite,

Contumelijs vexate,

In monte coram Patribus transfigurare,

Rex mitis Hierusalem ingressæ,

Præ compassionē lachrymate,

Triginta argenteis vendite,

Iesu Ad discipulorū pedes inclinate,

In oratione prostrate,

Ab Angelo confortate,

In Agonia sanguineo sudore perfusæ,

Osculo à Iudâ tradite,

A ministris ligate,

A discipulis derelictæ,

Annæ & Caiphæ præsentate,

Alapa à ministro percusse,

A falsis testibus accusate,

Reus mortis iudicate,

In faciem conspute,

Oculis velate,

Colaphis cæse,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu à Petro ter negate, Miserere nobis.

Vinctus Pilato tradite,
Ab Herode sprete & illuse,
Veste alba indure,
Barrabæ postposite,
Flagellis cæse,
Propter scelera nostra attrite,
Quasi leprosus reputate,
Veste purpurea indure,
Spinis coronate,
Arundine percusse,
A Iudæis ad crūcem postulate,
Morte turpissima condemnate,
Voluntati Iudæorum tradite,
Iesu Crucis pondere grauate,
Tanquam ouis ad occisionem ducte,
Vestibus exute,
Clavis in cruce confixe,
Propter iniqüitates nostras vulnerate,
Pro inimicis Patrem deprecate,
Cum iniquis reputate,
In cruce blasphemate & illuse,
A latrone conuitijs lacescite,
Latroni pænitenti paradysum pollicite,
Qui Ioannem matri tuæ in filium
commendasti,
Te à Patre derelictum attestate,
Felle & aceto in siti potate,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu consummata omnia de te scripta testate,
Miserere nobis.

Spiritum in manus Patris commen-
dans,
Usque ad mortem crucis obediens fa-
cte,
Lancea transfixe,
Propitiatio nobis facte,
De cruce deposite,
Iesu Gloriosè à mortuis resurgens,
In cælum eleuate,
Noster apud Patrem Aduocate,
Spiritum paraclitum discipulis elar-
gite,
Matrem super choros Angelorum ex-
altans,
Viuos & mortuos iudicature,
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera nos Domine.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A peste, fame, & bello,
A cunctis mentis & corporis periculis,
A morte perpetua,
Per mundissimam conceptionem tuam,
Per miraculosam nativitatem tuam,
Per humilem circumcisioñem tuam,
Per baptismum & sanctum ieunium tuum,

Miserere nobis.

Libera nos Domine.

Per

Per labores & vigilias tuas, Libera nos Domine.
Per dolorosam flagellationem & coronationem tuam,
Per situm, lachrymas & nuditatem tuam,
Per pretiosam mortem & crucem tuam,
Per gloriosam resurrectionem & ascensionem tuam,
Per missionem Spiritus sancti Paracliti,
In die Iudicij,
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, Te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram p&enitentiam nos perducere digneris,
Ut gratiam sancti Spiritus cordibus nostris clementer infondere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam defendere & propagare digneris,
Ut societates in tuo sancto nomine congregatas, conseruare & amplificare digneris,
Ut nobis veram pacem, humilitatem, & charitatem largiri digneris,
Ut in gratia, & sancto seruitio tuo perseverantiam nobis dare digneris,
Ut nos ab immundis cogitationibus, & Dæmonum temptationibus, & damnatione perpetua liberare digneris,

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

Uc

Vt nos collegio Sanctorum tuorum sociare digneris, Te rogamus audi nos, Vt nos exaudire digneris.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Misere re nobisi.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas.

Sed libera nos à malo.

¶. Adoramus te Christe & benedicimus tibi.

¶. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

¶. Reminiscere miserationum tuarum Domine.

¶. Et misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.

¶. Vide humilitatem meam & laborem meum.

¶. Et dimitte vniuersa delicta mea.

¶. Domine exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

O R E -

OREMVS.

Gratia tua quæsumus Domine, ab omnibus
G nos purget peccatis, ac bonis operibus iu-
giter faciat esse intentos.

Infunde quæsumus Domine cordibus no-
stris lumen sapientiæ tuæ, ut te veraciter agno-
scamus, & fideliter diligamus.

Protector noster aspice Deus, & ab inimico-
rum nos defende periculis, vt omni perturba-
tione semota & tranquillitate animi tuâ beni-
gnitate concessa, liberis tibi mentibus serua-
mus.

Deus cuius misericordiæ non est nume-
rus, & bonitatis infinitus est thesaurus, p̄jssime
maiestati tuæ, pro collatis donis gratias agimus,
tuam semper clementiam exorantes, vt qui pe-
tentibus postulata concedis, eosdem non dese-
rens, ad præmia futura disponas. Per Domi-
num.

V. Dominc exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Domino.


R. Deo gratias.

V. Et fidelium animæ per misericordiam Dñi
requiescant in pace.

R. Amen.

SALVATOR MUNDI LIBERABIT nos.

R. P. Gre-



R. P. GREGORII GASTELII
PRIORIS COENOBII SS. V DAL-
rici & Afræ vigilantissimi

*Heptastichon in librum de nomine
I E S V.*

A Vditum nomen non est augustius ullum,
Mundus dum stetit, ut pagina sacra docet.
H ocest ætherea demissum nomen ab arce,
C H R I S T V S I E S V S quod solus in orbe gerit.
Nomen adoratu dignum, quum crimina tollat,
Hoc auditur ubi flectitur omne genu.
Auratis inscribe notis hoc pectore Nomen,
Exc dat, ut memori non citò mente tibi.
Authorem libri venerandum temnere noli,
Quem si tu spernis, despicias ipse D E V M.
Ne tibi dicatur, (dum vis urbanus haberis)
Nil aliud didicit, quam maledicta loqui.
Verbi genæ potius Christi perdiscito Nomen,
Nam latet hic summi gratia magna D E I.

A L I V D.

S I mihi Vena foret B E R N A R D I , digna libello
Huic canerem, fons hic aret Apollineus.

Raymundus Mindererus Medicinæ Do-
ctor, & Reip. August. Physicus.

C A R-

CARMEN ELEGANS IN
QVO Poëta B. VIRGINEM Lo-
quentem inducit, simulque interro-
ganti postea homini respon-
dentem.

Nam illa sic:

Ite, Puer, IESV, dicite nomen habet.

Iste verò,

*Quod, Mater, quod nomen ais? Quod ab aethere misit,
Qui pueri, matrem me fuit ante, pater.*

*O suave? o etiam redimendum Gulnere nomen?
Nempe later IESV nomine cara salus.*

*Nescio quid sonus ipse refert: nec posse beatas
Dulcius hoc aliquid credo sonare animas.*


*Huc agite, huc supera mentes, ter dicite IESVS,
Dicite, ceu SANCTVS dicere ter solita.*

*Dixerunt: repetuntq; iterumq; iterumq; stupensq;
Audijt hoc orbis; edidicitq; melos.*

*Saxa sonant, maria alta sonant, sonat arida IESVM.
Si modo quis potis est hoc capere aure melos.*

*Solus, cui tacito sub pectore nulla cupido
Murmurat, ille potest hoc capere aure melos.*





INDEX CAPITVM.

*I E S V S quid sit; quibusue sapiat, I E S V no-
men quomodo luceat, pascat, leniat, vngat:
filium Dei effici quid.* Cap. 1. fol. 1

*Qua reverentia, amore & affectu prosequunti fue-
rint antiqui Patres diuinum nomen, quibusue
figuris sacrosanctum nomen I E S V significa-
tum fuerit.* Cap. 2. 6.

*Regius propheta Danid, singularis dinimi N O-
MINIS praco.* Cap. 3. 12.

*De sacratissimi Nominis I E S V impositione, e-
iusdemque cum circumcisione conuenientia.
Cap. 4.* 20.

*Nomen I E S V noui anni exordium consecrat,
progressumq; faustum ac futuram felicitatem
designat.* Cap. 5. 25.

*Nomen I E S V in titulo crucis positum, toti ter-
rarum orbi innotuisse.* Cap. 6. 30.

*Nomen I E S V mundo manifestatum falorum
Deorum nominaculturamq; aboleuit.* Cap. 7. 34.

*In nomine I E S V petentes à Deo exaudimur.
Cap. 8.* 41.

In.

- In nomine IESV signa, virtutes & miracula fieri. Cap. 9. 45.
Propter sacrosanctum nomen IESV SS. Apostoli & Martyres inuidiam, tam apud Iudeos, quam gentiles sustinuerunt, plurima tormenta sunt passi, ac mortem denig^o ipsam sustinuerunt. Cap. 10. 56.
Propter SS. IESV nomen Religiosi viri cuncta derelinquent, & centuplum recipiunt. Cap. 11. 63.
Nomen IESV in temptationibus inuocandum, exemplo praesertim S. Antonij & Hilarionis. Cap. 12. 69.
Quomodo Sacrosanctæ Christi Virgines dulcissimo nomine IESV gloriantes, eumq^o suum sponsum appellantes, seuissima tormenta, ipsoq^o tyrannos superarint. Cap. 13. 74.
Nomen IESV quam sit demonibus terribile. Cap. 14. 79.
SS. Nomen IESV à maximis periculis liberat. Cap. 15. 94.
Nomen IESV fronti inscriptum à subitanea morte præseruat. Cap. 16. 97.
Virtute nominis IESV gloriose ex hostibus vitoriae reportata. Cap. 17. 99.
Nomine IESV quosdam superstitione abuti, cuius virtute Iosephus quidam Iudeus quam admiranda patr^orit. Cap. 18. 104.

- Nomen IESV, nomen esse suauissimum.* Cap. 19. 108.
Nomen IESV super omne nomen. Cap. 20. 112.
I E S V nomine perfecta salus significatur. Cap. 21. 116.
Christus nobis omnia factus, quod in nomine I E S V significatur. Cap. 22. 119.
Quanta reverentia prosequendum sit augustissimum nomen I E S V. Cap. 23. 123.
De abuso diuini I E S V nominis per vana iuramenta. Cap. 24. 128.
De S. Ioanne Evangelista speciali cultore nominis I E S V. Cap. 25. 133.
De S. Petro Apostolorum Principe, & Paulo qui non solum viuens honorifice, sed etiam moriens nomen I E S V miraculose protulit. Cap. 26. 138.
Nomen I E S V cordi B. Ignatij inscriptum inventum esse. Cap. 27. 144.
De affectu S. Bernardi Abbatis ergo SS. nomen I E S V. Cap. 28. 148.
De S. Bernardino qui morem pingendi nominis I E S V restaurauit, & quadam de Bartholomea amitâ eius. Cap. 29. 157.
De Ubertino de Casali mirifico nominis I E S V predicatore. Cap. 30. 163.
Ex Henrico Susone mira quadam. Cap. 31. 185.

I E S V

I E S V nomen Societati ab Auctore suo B. Ignatius inditum quâ occasione? Cap. 32.

SS. Nominis I E S V Laudes & innocatio, totiusq[ue] operis breuis Epilogus. Cap. 33.

FINIS.






Ad insigne pinus.

AVGVSTÆ VINDELICORVM.
Typis Chrysostomi Daberij.

ANNO

M. DC. XIII.



TYPVVS DVLCISSIMI NOMINIS IESV §



Spes, via, vita, salus, ratio, sapientia, lumen,
Mebias, Zebaoth, Rabbi, sponsus mediator,
Vinea, pastor, ouis, pax, radix, vitis, oliua,
Verbum, homo, rete, lapis, domus, omnia CHRS IESVS.

Judez, porta, gigas, rex, gemma, propheta, sacerdos,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emmanuel,
Fons, paries, agnus, vitulus, leo, propitiator,
Omnia concedat nobis bona CHRISTVS IESVS.

TYPE I
DAVID BROWN

Digitized by Google

te.
de
rā
fa
m,
in
nus
ua,
ine
uo.

pis
J



Steengelyc
de
SCHELESY.

Th
1886